IUVENALIS GRAECISSANS

SIVE


DE VOCIBUS GRAECIS

APUD IUVENALEM

SCRIPSIT

AUGUSTUS THIEL
Dr. PHIL.

VRATISLAVIAE
APUD PREUSS ET JUENGER
MDCCCCI.


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

IUVENALIS GRAECISSANS

SIVE

DE VOCIBUS GRAECIS

APUD IUVENALEM

SCRIPSIT

AUGUSTUS THIEL
DR. PHIL.

VRATISLAVIAE
APUD PREUSS ET JUENGER
MDCCCCI.

CONRADO ZACHER

PRAECEPTORI CARISSIMO

FAUTORI HUIUS LIBRI BENEVOLENTISSIMO

SACRUM.

Rerum tractatarum conspectus.

Praefatio.

A. Quae de vocabulis Graecis — nominibus appellativis — in linguam Latinam translatis **usque ad hanc aetatem** scripta sint:

a) a grammaticis Latinis usque ad grammaticae comparativae tempora.

Inter omnes constat linguam Latinam, qualis quidem a scriptoribus Latinis memoriae prodita est, vocabulis Graecis refertam esse; neque id mirum videatur ei, qui consideret, quomodo Romani ad cultum atque humanitatem pervenerint; eos enim in his rebus ex Graecis pendere nemo nescit.

Atque iam grammatici Latini, ut Probus, Diomedes, Charisius, Priscianus, ad vocabula Graeca in linguam Latinam recepta animos attenderunt et de iis ita egerunt, ut ostenderent, quomodo eorum multa flectenda essent. Quorum praecepta viri docti maximam partem in grammaticis Latinis huius aetatis conficiendis secuti sunt.

Post renatas litteras duo viri docti ad voces Graecas in linguam Latinam translatas nonnulla attulerunt, quae etiam nunc ex usu sunt.

Ac primus tum hanc rem tractavit D. Vechner in libro, qui inscribitur: Hellenolexia sive parallelismus Graeco-Latinus (Francofurti 1610; Argentorati 1630; novis accessionibus et observationibus ab Joanne Mich. Heusingero aucta. Gothae 1733): I, cap. I: De divisione totius doctrinae; cap. II: De vocibus Graecis Latina civitate donatis; cap. III: De declinatione vocum a Graecis de-

sumptarum. In altero capite triginta duo substantiva, decem adiectiva, decem adverbia, novem verba Latina ex Plauto praecipue, Cicerone, Iuvenale deprompta commemorantur, quae ex lingua Graeca in litteras Latinas transisse nemo ne nostra quidem aetate negabit.

Post hunc eadem de re egit Christ. Daumius: De causis amissarum quarundam Latinae linguae radicum uti et multarum vocum derivatarum. Cygneae 1642, cap. XIV: »Graecarum vocum introductio.« Quo loco vocabula Graeca cum nomina tum verba enumerantur et cum Latinis componuntur aut secundum synonymiam, sicut *eunuchare* cum verbo *evitare*, *apolactizare* cum verbo *mollire* comparatur, aut secundum etymologiam, cum Latina ex Graecis ducta perhibeantur, velut *miscere* ex μίσγειν, *tremere* ex τρέμειν, *clinare* ex κλίνειν, *periculum* ex πειρᾶσθαι.

Minime mirum, si hae res erant plerumque futiles atque inanes; illis enim temporibus grammaticae comparativae, quae dicitur, fax nondum lucebat.

Deinde occasione data de vocibus Graecis in linguam Latinam receptis pauca dixerunt Phil. Buttmann, G. Hermann, Lobeck, Doederlein; sed ne hi quidem viri eminentissimi et de antiquitatis studiis meritissimi ad hanc rem perspiciendam atque explanandam multum contulerunt, cum grammaticae comparativae leges aut nondum satis nossent aut consulto contemnerent. Haec fuit causa, cur multorum vocabulorum, quae vere Latina esse hac aetate nemo iam infitietur, originem esse Graecam putarent.

b) Qui libri memoria dignissimi secundum grammaticae comparativae praecepta confecti de hac re exstent.

α) Generatim atque universe.

Postquam magis magisque intellectum est, quantus fructus ex linguarum cognatarum comparatione ad earum leges et fata cognoscenda percipi possit, primus exstitit Georg. Curtius, qui oratione in concilio philologorum Hamburgi anno 1855 habita: »Andeutungen über das Ver-

hältnis der griechischen und lateinischen Sprache« de vocibus Graecis in linguam Latinam translatis diserte egit et demonstravit vocabula Graeca, quae in lingua Latina inveniuntur, colligere et secundum leges grammaticas secernere operae pretium esse, ut statui posset, quid emolumenti inde ad vetustiorem Romanorum historiam et vitam cotidianam melius intellegendam redundaturum esset. Qua occasione oblata vir ille clarissimus complurium vocum Latinarum, quas nemo antea ex lingua Graeca sumptas esse suspicatus erat, originem esse Graecam comprobavit; hac re patefacta multas res, quae in vita Romanorum cotidiana usque ad illud tempus obscurae fuerant, distinxit atque illustravit.

G. Curtii exemplum secutus W. Corssen in libro, qui inscribitur: Über Aussprache, Vokalismus und Betonung der lateinischen Sprache II², p. 813 sqq. postquam disseruit, quibus quattuor aetatibus ab ipso positis voces Graecae in linguam Latinam abierint, explicare studuit, qualis fuerit vocabulorum Graecorum in linguam Latinam receptorum sonus atque accentus, et voces Graecas ad exemplum Latinarum pronuntiandas esse ostendit.

Qui viri docti vel maxime aetatis Plautinae et temporum ante Plautum rationem habuerunt. Non autem, ut uberrimus fructus ex talibus quaestionibus caperetur, in his vetustioribus temporibus erat commorandum, immo omnia vocabula Graeca, quae ab antiquissimis temporibus paulatim in linguam Latinam pervenerunt, colligenda et ita disponenda erant, ut intellegi posset, quo quaeque vox Graeca tempore in linguam Latinam abisset, et quomodo id factum esset.

Quod cum viros doctos non fugeret, inventi sunt, qui in id studium curam impenderent. Ex his primo loco commemorandus est G. A. Saalfeld. Is vir doctus de hac re egit tribus libris, qui inscribuntur: Index Graecorum vocabulorum in linguam Latinam translatorum quaestiunculis auctus. Berolini 1874. Griechische Lehnwörter im Latein. Wetzlar 1877. Tensaurus

Italograecus. Wien 1884. In his commentationibus vocabula Graeca litterarum ordine digessit — in altera secundum rerum genera — et, apud quem scriptorem Latinum quodque vocabulum Graecum primum legatur, addidit; quorum virorum doctorum auctoritate permotus vocem eo quo fecit modo esse Graecam censuerit, in adnotationibus attulit. Ceteris Saalfeldii quaestionibus, quae in hoc genere versantur, Tensaurus Italograecus primo adspectu videtur locupletior esse; sed si accuratius inspexeris, videbis locos, quibus hic liber est copiosior, omnes depromptos esse ex Georgesii Lexico Latino, non ex ipsius studiis. Omnino Saalfeldii commentationes praeter eam, quam infra breviter attingam, carent ea qua in eiusmodi libris conficiendis opus est diligentia; alia desiderantur, quibus omissis de tota re recte iudicare non possumus, alia neglegenter et prave exposita sunt.[1])

Illo Saalfeldii Indice impulsus Beermann pauca scripsit, quae ad hanc rem pertinent, in libro, qui inscribitur: Sprachwissenschaftliche Abhandlungen, hervorgegangen aus Georg Curtius' grammatischer Gesellschaft zu Leipzig. Leipzig 1874, p. 97—110: »Griechische Wörter im Lateinischen, von Beermann.« Quid ex Saalfeldii collectionibus subsidii ad cognoscendam et vetustiorem populi Romani historiam et vitam cotidianam concludi possit, primus brevibus ostendit, cum ea vocabula Graeca, quae usu vulgari percepta sunt, ita disponeret, ut rem navalem, aedificandi artem, res domesticas, culinam et cellarium, vestitum, scribendi artem, mensuras et pondera, arma, doctrinam de rerum natura, artes liberales spectaret.

Longe aliter ac Beermanni, qui solam huius quaestionis formam ac speciem adumbravit, instituta est commentatio N. J. Tuchhaendleri: De vocabulis Graecis in linguam Latinam translatis. Berolini 1876, in qua voces Graecae, quae usque ad Lucilii aetatem in linguam

[1]) Cf. quae Tuchhaendler, De vocabulis Graecis in linguam Latinam translatis. Berolini 1876, praef. p. 3 et 4 Saalfeldio opprobrio dat.

Latinam transierunt, enumerantur et illustrantur. Ceteris omnibus opusculis, quae supra recognovi, haec quaestio est multo accuratior ac diligentior. Atque hoc est laude dignissimum, quod in ea explicatur, quibus potissimum de causis civitas Romana multis vocabulis Graecis data sit. Sed ne hic quidem liber est omnibus numeris absolutus, cum scriptor et aliis vocibus, quas esse vere Latinas nemo ignorat, Graecam originem vindicet et alias vere Graecas, ut *bracchium, calamus, marmor, nauta,* esse Latinas arbitretur. Praeterea parum explanavit, quibus indiciis adductus vocabula domestica a peregrinis distinguat, sed satis habet dicere, quibusnam de causis obscuriores quasdam voces esse aut externas aut vernaculas existimet.

Ab hac commentatione virtutibus non mediocribus instructa vix potest dici quantum distet libellus levissimus, quem composuit M. Ruge: Bemerkungen zu den griechischen Lehnwörtern im Latein. Berlin 1881. In hac commentatiuncula de consonantibus litteris, de mutationibus, quae in vocabulorum Graecorum flexione factae sunt, de significatione vocum Graecarum agitur. Collectio autem substantivorum, quae mutato genere in linguam Latinam recepta sunt, non est perfecta atque absoluta. Deinde scriptor, cum non sit peritus legum, quibus sonorum mutatio in utraque lingua regitur, multa vocabula esse Graeca iudicavit, quae Latinae originis esse in promptu est, ut *mamma* [μάμμη], *pulmo* [πλεύμων], *saeta* [χαίτη]. Pari enim sono vocum Graecarum commotus complurium vocabulorum Latinorum, quae sunt vere Latina, originem ex lingua Graeca duxit. Commentationem igitur obsoleta ratione factam esse unusquisque facile concedet.[1])

Aliquanto, quam viri docti, de quibus adhuc dixi, sagacius, accuratius, planius in rem inquisivit Osc. Weise in libro, qui inscribitur: Die griechischen Wörter im Latein. Leipzig 1882. Is vir doctus primus omnia vocabula Graeca, quae in linguam Latinam transierunt,

[1]) Cf. O. Weise: Litterarisches Centralblatt 1881, No. 20.

summa diligentia collegit et ea, quae adhuc ex lingua Graeca esse sumpta falso visa erant, seiunxit, deinde id, quod Beermann l. l. facere coeperat, perfecit et ita persecutus est, ut de ratione, qua singulae voces Graecae in linguam Latinam translatae essent, et de aetate dissereret. Imprimis autem laudandum est, quod hic vir doctus certa quaedam indicia statuit, ex quibus cognosci possit, utrum vocabula Latina ex lingua Graeca deprompta sint necne. Huic commentationi subtili atque acutae indicem omnium vocabulorum Graecorum in linguam Latinam inductorum locupletissimum adiunxit et, apud quem scriptorem Latinum quaeque vox Graeca primum legatur, addidit.

Postremo de eadem re scripsit J. M. Stowasser: Dunkle Wörter, Wien 1890, qui ad eam, ut mihi quidem videtur, nihil gravioris momenti attulit.

β) De nominibus appellativis Graecis apud singulos scriptores Latinos.

Omnes viri docti, quos adhuc commemoravi, vocabula Graeca, quae in lingua Latina inveniuntur, generatim atque universe tractaverunt.

Sed qui accuratius in hanc rem inquirere in animo habet, ei inspiciendi sunt singuli scriptores Latini, qui pro natura sua aut litterarum genere, quod profitentur, voces Graecas modo paucas, modo multas libris inseruerunt.

Certe non potest dubitari, quin ex talibus commentationibus fructus et magni ad ipsam uniuscuiusque scriptoris Latini artem neque minores ad litterarum Latinarum historiam redundaturi sint. Apparebit enim primum quid emolumenti quodque litterarum Latinarum genus ex litteris Graecis ceperit, et quae fuerit vis cuiusque litterarum Graecarum generis ad litteras Latinas, deinde, quae vocabula Graeca et quot et quo consilio et qua via in eas recepta sint.

Qui viri docti de hac re scripserint.

Etsi iam complures viri docti de hac re egerunt, tamen magnopere dolendum est in nullo libro leges, quae in tali-

ius quaestionibus observandae sunt, omnes respici. Mihi iae commentationes innotuerunt:

R. Bouterweck: Die griechischen Wörter bei Lucilius Philol. XXXII, p. 691—697].

Samland: De vocabulis Graecis apud scriptores Ronanos. De Ciceronis vocibus Graecis. Neustadt in Westreussen 1862.

A. Stinner: De eo, quo Cicero in epistulis usus est, ermone. Progr. Oppeln 1849, 1854, 1864, 1879.

R. Boltzenthal: De Graeci sermonis proprietatibus, uae in Ciceronis epistulis inveniuntur. Progr. Cüstrin 1884.

J. Favre: De Ovidio novatore vocabulorum in metanorphoseon libris. Parisiis 1885, p. 32–51.

E. Linse: De Ovidio vocabulorum inventore. Progr. Tremoniae 1891. [Cap. I: Vocabula Graecanica ad rerum ;enera disposita. a) Subst. b) adiect. c) nom. propria].

E. Stephani: De Martiale verborum novatore. Vratisaviae 1889. [Cap. I, p. 6 sqq.: Vocabula Graeca.]

G. A. Saalfeld: De bibliorum Graecorum sacrorum Vulgatae editionis Graecitate. Quedlinburgi 1891, in quo ibro eximia viri docti diligentia laudanda est.

De usu vocum Graecarum apud singulos scriptores Lainos etiam occasione data egerunt viri docti, qui in orum orationem omnino inquisiverunt; exstant autem, uantum scio, haec eiusmodi scripta:

A. Goerke: Symbola ad vocabula Graeca in linguam Latinam recepta [ap. Plautum]. Regimonti Pr. 1868.

v. Bagnato: Plautus in seinem Verhältnis zu seinen griechischen Originalen. Programm des Gymnasiums zu Ehingen 1878.

M. Sander: Der Sprachgebrauch des Rhetors Seneca. Varen 1877—1880.

O. Rauschning: De Latinitate L. Annaei Senecae hilosophi. Regimonti Prussorum 1876.

L. Kiaer: Sermonem Iuvenalianum certis legibus dstrictum esse. Hauniae 1875 [De vocibus Graecis . 227 sq.].

K. Nipperdey ad Taciti annales XIV, 15 et Einleitung p. 41.

H. R. Thimm: De usu atque elocutione Suetonii. Regimonti Prussorum 1867.

H. Kretschmann: De Latinitate Apulei. Regimonti Prussorum 1865, p. 67 sqq.

O. Erdmann: De Apulei elocutione. Stendal 1874.

H. Kretschmann: De Latinitate Apollinaris Sidonii. Progr. Memel 1870, 1872, p. 16 sqq.

M. Müller: De Apollinaris Sidonii Latinitate. Halis Saxonum 1888.

V. Loch: Materialien zu einer lateinischen Grammatik der Vulgata. Progr. München 1876.

H. Rönsch: Itala und Vulgata, p. 239 sqq.

B. Quas leges equidem in quaestione, quae de usu vocabulorum Graecorum apud singulos scriptores Latinos instituitur, observandas esse existimem.

Perspectis libris, quos modo enumeravi, cognitum comprehensumque habeo quaestionem de vocabulis Graecis, quae in litteris Latinis inveniuntur, ratione longe alia instituendam esse atque illic factum est. Nam concedatur in commentationibus, quae de usu universorum vocabulorum Graecorum in linguam Latinam translatorum conficiuntur, fortasse satis esse statuere, apud quem scriptorem Latinum quodque vocabulum Graecum primum legatur, quamquam hoc modo vix satis clare diiudicari potest, quanta sit vis cuiusque vocis Graecae ad vitam cotidianam et ad litteras populi Romani, tamen ratio est longe alia disputationum, quae ad unum scriptorem Latinum pertinent.

In plurimis libellis, quorum supra mentionem feci, vocabula Graeca litterarum ordine digesta aut secundum rerum genera disposita locis nonnullis ac ne gravissimis quidem aliorum scriptorum adiectis afferuntur, id quod minime

sufficit. In perpaucis breviter dictum est, quibus de causis scriptor Latinus, de quo agitur, voces Graecas sermoni intermiscuerit, in nullo, unde illas mutuatus sit, aut quomodo earum apud illum usus ac significatio a ceterorum scriptorum sive Graecorum sive Latinorum differat. Huc accedit, quod in his omnibus opusculis rariora solum vocabula Graeca eius scriptoris Latini, de cuius sermone quaeritur, enumerantur, non omnia. Sed ita demum, si omnes voces Graecae eius scriptoris Latini, in cuius orationem inquiritur, collectae cum usu aliorum scriptorum Latinorum comparantur, cognoscitur, quot earum communi Romanorum usu perceptae sint, et quot de industria sint usurpatae.

His omnibus rebus fit, ut, etsi tot viri docti de hac re disseruerunt, tamen, quod consilium ac finem singuli scriptores Latini in adhibendis vocabulis Graecis sequantur, non possit recte intellegi. Ego hoc loco, qua ratione quaestionem de vocum Graecarum apud singulos scriptores Latinos usu ac significatione instituendam esse existimem, paucis explicabo.

I. Quae omnium vocabulorum Graecorum in linguam Latinam receptorum genera discerni possint.

a) Vocabula Graeca in sermone cotidiano Romanorum usitatissima.

Huc referendae sunt omnes voces Graecae, quae communi omnium Romanorum consensu iam pridem civitate Romana donatae erant, quae

α) per commercium,

β) per artifices,

ut histriones, musicos, alios in urbem erant illatae; quibuscum artissime coniuncta sunt

γ) artis vocabula Graeca,

quae una cum ingenuis studiis atque artibus Graecis Romam invecta et quasi vernacula facta erant.

b) Vocabula Graeca, quae ex litteris Graecis in Latinas abierunt

α) per homines litteratos,

β) per poetas Latinos,

qui persaepe in rebus ex fabulis Graecis sumptis operam et studium collocaverunt.

c) Multa vocabula Graeca in linguam Latinam pervenerunt

ex elegantiore sermone hominum doctorum Romanorum,

qui saeculo a. Chr. n. altero et primo aut omnino sermone Graeco uti aut voces Graecas sermoni patrio inserere solebant, cf.. G. Bernhardy: Grundriss der römischen Litteratur 5. Bearbeit. Braunschweig 1872, p. 57: »Das griechische Wort war ein feines Korn, welches die Konversation der Gebildeten würzte. Man braucht hierfür nur die Graeca bei Sueton zu mustern.«

d) Perpauca vocabula Graeca scriptores Latini ad exemplum vocum Graecarum videntur

ipsi formavisse,

sed cf. Cap. II, C.

II. Quae res in vocabulis Graecis singulorum scriptorum Latinorum tractandis spectandae sint.

Totius igitur quaestionis, quae de unius cuiusdam scriptoris Latini vocibus Graecis instituitur, id maximum est, ut primum eruatur, cui generum, in quae omnia vocabula Graeca in linguam Latinam translata partitus sum, quaeque vox Graeca adscribenda sit, id est

1. unde scriptor Latinus vocabula Graeca deprompserit.

Deinde statuendum est,

2. quod consilium is in vocabulis Graecis usurpandis sequatur,

i. e. utrum dedita opera et ad certos animi motus concitandos vocabulis Graecis usus sit, id quod poetae potissimum faciunt, necne.

3. Tum computandum est,

a) quot apud hunc scriptorem Latinum voces Graecae legantur, et quanta sit proportio omnium vocabulorum Graecorum collatis vocibus Latinis et

b) quae sit ratio adhibitis et collatis numeris vocabulorum Graecorum, quibus scriptores eiusdem litterarum Latinarum generis utuntur.

Ex hac numerorum collatione facile intellegetur, quantum hic scriptor vocabulorum Graecorum usu ab aliis differat, et quantae cum iis similitudines ei intercedant.

In hac comparatione instituenda ratio habenda erit diversae orationis in usu diversorum litterarum Latinarum generum; nam multum inter se differunt singuli scriptores Latini vocum Graecarum usu. Hic est alius

aa) in poesi:
- α) elatiore (tragoedia et carmine epico),
- β) pedestri (comoedia, satura, poesi ioculari et cavillanti), alius

bb) in prosa oratione:
- α) historia;
- β) eloquentia;
- γ) litteris ac disciplinis:
  - αα) arte grammatica et disciplina compluribus artibus et variis eruditionibus ornata,
  - ββ) arte rhetorica,
  - γγ) philosophia,
  - δδ) disciplinis technicis, quae vocantur;
- δ) prosa oratione narranti et oblectanti, i. e. historia fabulosa et epistulis.

Ut rem exemplo illustrem, summatim Plauti et Ciceronis in nominibus appellativis Graecis usurpandis consuetudinem comparare placet.

Plautus imprimis propterea vocibus Graecis utebatur, quod eius aetate lingua Latina nondum erat tam ex-

culta, ut Romani omnes res vocabulis Latinis possent significare. Talem vocum Graecarum usum etiam Cicero, iudex in hac re acerrimus atque elegantissimus, excusat de fin. III, 4, 15: »Puto concedi nobis oportere, ut Graeco verbo utamur, quando minus occurret Latinum.« Adde Quintilian. inst. orat. I, 5, 58.

Praeterea Plautus, ut Atticos poetas comicos imitaretur, versibus multas voces compositas Graecas inseruit. Et erat ad has formandas lingua Graeca multo magis idonea quam Latina, ut testis est Livius XXVII, 11, 4 sq.: »Satis constabat ...... Sinuessae natum ambiguo inter marem et feminam sexu infantem, quos androgynos vulgus, ut pleraque, faciliore ad duplicanda verba Graeco sermone appellat.«

Huic autem poetae comico, quem constat aura populari quasi afflatum fuisse, in comoediis vulgi, quod audiebat et spectabat, ratio habenda erat; quo igitur iure Graecissaverit, docet Cicero de off. II, 10, 35: »Popularibus verbis est agendum et usitatis, cum loquamur de opinione populari.« Qua de causa consentaneum est Plautum plurima vocabula Graeca mutuatum esse e sermone cotidiano, in quo tales voces erant usitatissimae. Neque raro vocabula Graeca, cum longus esse nollet, in fabulis Graecis vertendis retinuit.

Cum Plauti genere dicendi aliis in rebus congruit, aliis dissentit Cicero. Cum illius sermone quodammodo comparari potest Ciceronis genus scribendi in epistulis. His enim maximeque ad Atticum datis Cicero, quo erat linguae Graecae studio et amore, praesertim si iocose vel familiariter loquebatur, multas voces Graecas forma non mutata admiscuit; praeterea non raro versus et proverbia Graeca attulit. Nam in epistulis neglegens doctorum hominum illius aetatis sermo usu venit teste Cicerone epist. ad familiares IX, 21, 1, in quo vocabulis Graecis uti tum elegantioris doctrinae atque humanitatis fuit. Est autem in promptu tale dicendi genus tum potissimum esse usitatum, cum mentis cogitationes vel consilia et animi adfectus

aperire volumus neque quicquam aliud spectamus nisi ut ea, quibus intimo animo movemur, explicemus atque oratione describamus.

Sed in libris de philosophia conscriptis Cicero in usurpandis vocibus Graecis est cautissimus. Non enim utitur nisi artis vocabulis Graecis aut iis, quae ad res institutaque Graeca pertinent, ut ea cum Latinis comparet aut vertat aut explicet; quin etiam interdum libere confitetur (de fin. III, 4, 15) idoneum vocabulum Latinum, quo idem significetur, quod Graeca voce exprimitur, non posse inveniri. Atque tantum abest, ut lingua Latina vocabulis abundet, ut etiam Lucretius de rer. nat. I, 832; III, 260 de patrii sermonis egestate aperte queratur, cf. etiam Cic. pro Caecina XVIII, 51.

In libris denique rhetoricis et in orationibus Cicero ex lingua Graeca deprompsit eas praecipue voces, quae ad res Graecas spectant, aut ad eas, quibus cognitis Romani Graeca quoque nomina, quibus antea fuerant notata, in linguam Latinam receperant, ut vocabula artis et luxuriae. Semper autem Cicero videbat, ne sermo fieret obscurus, si omnes notiones Graecae in Latinas converterentur. Qua de causa, ne orationis distinctioni ac perspicuitati aut brevitati in rerum difficilium explicatione noceret, permulta Graeca rerum nomina in scriptis retinuit.

III. Quas res ad usum uniuscuiusque vocabuli Graeci recte intellegendum accedere oporteat.

Habes praecepta, quae in commentationibus de vocabulis Graecis singulorum scriptorum Latinorum omnino spectanda, a nullo autem virorum doctorum satis respecta sunt.

Sed in contemplandis singulis vocibus Graecis perquirendisque etiam observandae sunt complures leges, quae ipsae quoque in libellis virorum doctorum de hac re compositis prorsus neglectae sunt. Quamquam fatendum est, si quaestio ita instituatur, ut, quomodo usus vocabulorum Graecorum apud aliquem scriptorem Latinum sit ex-

plicandus, penitus perspiciatur et eius vis ac ratio ad litteras Latinas illustretur, permultum temporis et laboris impendendum esse. Nam qui hanc rem ita absolvere in animo habet, ut fieri oportet, ei in singulis vocabulis Graecis tractandis etiam ad has res animus est intendendus.

1. Ac primum quidem unoquoque loco ars critica, quae dicitur, strenue exercenda est, ut non modo librorum lectio enucleetur, sed quaeratur, num ad contextum quadret, deinde utrum scriptoris interpretes et nominis Graeci significationem et totum locum bene ac recte perspexerint, an aliter de eo iudicandum sit.

2. Ad significationem autem ipsam uniuscuiusque vocis Graecae explicandam atque explanandam breviter, i. e. quatenus ad quemque locum intellegendum atque interpretandum est usui, adumbrandum est,

a) quae cuiusque vocabuli Graeci, priusquam in linguam Latinam perveniret, fuerit prima in litteris Graecis significatio allato vetustissimo loco, et quae fuerint ceterae notiones adiectis locis, quibus hae primum apparent, ut cognosci possit, qua via voces Graecae in linguam Latinam transierint;

b) quam notionem ac vim habuerit vocabulum Graecum tum, cum in linguam Latinam abiit;

c) quatenus diversus fuerit usus Latinus a sermone Graeco;

d) quae fuerit vocis Graecae sors in litteris Latinis usque ad illud tempus, quo eam scriptor Latinus, de cuius sermone agitur, in libros recepit;

e) neque minimi momenti est statuere, utrum vocabuli Graeci significatio apud hunc scriptorem Latinum sit alia atque apud ceteros scriptores Latinos an eadem. Si est alia, quaeritur, quomodo haec vocis significatio sit declaranda, et num apud scriptores quoque Latinos aetate posteriores inveniatur. Eodem modo hi scriptores adhibendi sunt, si vocabula Graeca ille scriptor primus in litteris Latinis exhibet.

3. Atque etiam spectandum est,

a) utrum scriptor de re nova loquatur,

b) an, si res sit nota, quibus vocibus a superioribus scriptoribus aut eius aequalibus significata fuerit.

4. Praeterea exponendum est, si ad eandem rem exprimendam vocabula Latina exstant, cur scriptor Latinus voce Graeca uti maluerit quam Latina, sive haec apud eum ipsum sive apud alios scriptores Latinos legitur.

Leges autem, quas p. 10—15 posui, ut de usu vocum Graecarum apud singulos scriptores Latinos recte iudicari possit, nemo, quantum scio, in quaestione de unius scriptoris Latini nominibus Graecis instituta secutus est.

Maxime memorabilis est usus vocum Graecarum apud saturarum Latinarum scriptores, quos usurpavisse vocabula Graeca multo plura quam plurimos ceterorum litterarum Latinarum generum poetas nullo modo potest negari. Et interest plurimum ad eorum saturas recte interpretandas ac melius explanandas perquirere et investigare, quibus de causis hi poetae nominibus Graecis usi sint, praesertim cum vis atque adfectus, quem appetunt, persaepe ipsis his vocibus Graecis efficiatur.

Ego Iuvenalem[1]), postquam accurata huius poetae pertractatione, quid eius orationi eximium inesset, iam diu studui exquirere, animadverti versibus inserere vocabula Graeca permulta et singularia quaedam, quae apud nullum alium saturarum Latinarum scriptorem inveniuntur. Quod mihi videbatur mirum, quippe cum Iuvenalis Graecos et eorum mores studiaque odisset (III, 60 sq.: »Non possum ferre Graecam urbem«) et eluderet, velut III, 76—78: »Grammaticus rhetor geometres pictor aliptes Augur schoenobates medicus magus, omnia novit Graeculus esuriens.« Ac cum vidissem numerum vocabulorum Grae-

---

[1]) Kiaer l. l. complures eius voces Graecas litterarum ordine enumerat, non omnes.

corum satis magnum a poeta de industria usurpari, defixi animum et intendi in omnes voces Graecas Iuvenalis et, quod mihi persuaseram vocabulis Graecis poetae saturis singularem quendam colorem non raro artificiosum aut facetum festivumque tamquam imprimi, mihi exploratum erat operae pretium esse omnia nomina Graeca poetae colligere, ut perspicerem, num quid gravioris momenti ad Iuvenalis saturas melius intellegendas atque interpretandas hac opera efficeretur. Sed cum quaestio de omnibus vocabulis Graecis Iuvenalianis — sunt enim 710 nomina Graeca: 294 appellativa, 416 propria, tria enuntiata Graeca — secundum leges, quas supra p. 13 sq. constitui, post satis longum demum tempus absolvi possit, ne nimium temporis perdam, neve hic liber fiat nimis magnus, ad harum legum normam selecta tantum quaedam vocabula Graeca in priore primi capitis parte pertractabo, dico eas voces Graecas, quibus Iuvenalis sermo dilucidissime illustratur. Sunt autem ea nomina Graeca, quae poeta in litteris Latinis exhibet a) solus, b) primus; accedunt c) enuntiata Graeca et d) duae voces Graecae, quarum α) altera non satis perspicue, β) altera falso mihi videtur explicata esse. In posteriore autem primi capitis parte omnia nomina Graeca, quibus Iuvenalis utitur, non modo appellativa, sed etiam propria, secundum leges quasdam disposita enumerabo.

In altero capite primum exponam, quibus potissimum de causis Iuvenalis vocibus Graecis videatur usus esse, deinde, quomodo vocabula Graeca per saturas disseminata sint, tum de vocibus Graecis, quae in litteris Graecis desunt, denique de terminationum Graecarum usu agam.

In prima tertii capitis parte nominum Graecorum et appellativorum et propriorum numeri proferuntur, in altera parte Iuvenalis sermo cum Horatii in saturis et epistulis et Persii comparatur, in tertia parte terminationum Graecarum apud Iuvenalem, Horatium, Persium conspectus instituitur.

Cap. I.

Pars prior: Complura nomina Graeca uberius tractantur.

---

a) Nomina Graeca, quibus Iuvenalis in litteris Latinis solus utitur.

α) Quae apud Graecos quoque scriptores leguntur.

Acersecomes [ἀκερσεκόμης sive ἀκερσικόμης].

VIII, 128: »Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes.«

Vocabulum ἀκερσεκόμης sive ἀκερσικόμης est Apollinis cognomen apud Homer. Il. XX, 39 et hymn. in Apoll. 134, Hesiod. frg. 125, 2 (Flach), Pindar. Pyth. III, 14 (Christ) et Isthm. I, 8: ἀκειρεκόμαν.

In litteris Latinis
vox acersecomes praeter hunc Iuvenalis locum nusquam invenitur; nam Macrob. I, 17, 47: »'Ακερσικόμης, quod nunquam radii possunt a fonte lucis avelli« Apollinis cognomen tantum explicat.

Weise l. l. p. 8 dicit: »Ausdrücke wie acersecomes = intonsus nur bei Iuven. VIII, 128, acoetis = coniunx Lucil. sat. XVII, 1 [dürften] schwerlich Anspruch darauf machen, in der lebendigen Sprache, sei es der Gebildeten oder des Volks, in Gebrauch gewesen zu sein; denn ihr Vorkommen beschränkt sich auf die poetische Litteratur.«

Cum vox nisi apud Graecos scriptores non legatur neque unquam in sermonem Romanorum cotidianum videatur transisse, eam ab Iuvenale ex poetis epicis Graecorum sumptam esse vix quisquam neget. Sed notio est longe alia; nam poeta significat servum adulescentem bellum intonsum, domini delicias, cui ille, ut quidvis concedat, persuadet, si petitor ipsi nummos satis multos pependerit.

Deorum autem Graecorum cognomina servis illa aetate interdum imposita esse discimus ex Iuven. VI, 378, quo loco nomen Bromius, cognomen Bacchi (Aeschyl. Eumen. 24. Ovid. met. IV, 11), inditur servo, domini deliciis; cf. etiam Psecas Iuven. VI, 491; 494.

Vocabulum Graecum acersecomes Iuvenalis videtur usurpavisse, quod eiusmodi servi plerumque erant Graeci natione, ut concludi potest ex III, 76—78.

Chironomus (χειρονόμος).

Haec vox tractatur infra una cum voce chironomon.

Comoedus (adi.) [κωμῳδός].

III, 100: »Nec tamen Antiochus nec erit mirabilis illic [sc. in Graecia]
Aut Stratocles aut cum molli Demetrius Haemo:
Natio comoeda est.«

Schol. ad hunc locum: »Omnium rerum imitatrix. Quid, inquit, mirum est, si unus imitatur, quod omnes Graeci possunt?«

Vox κωμῳδία iam legitur apud Aristoph. Acharn. 378, substantivum κωμῳδός inde a Xenoph. oecon. III, 7 apud prosae orationis scriptores, adiectivum κωμῳδός nusquam invenitur, sed apud Aristoph. saepius κωμῳδεῖν, κωμῳδικός, κωμῳδοδιδάσκαλος, κωμῳδοδιδασκαλία.

Ex scriptoribus Latinis utuntur vocabulo comoedia primus omnium Plaut. Trin. III, 2, 80 (706), substantivo comoedus Cicero demum pro Rosc. com. X, 30, inde ab eius temporibus usque ad

Iuvenalis aetatem soli prosae orationis scriptores praeter Mart. VI, 6, 1. VII, 82, 2. XIV, 214, Lemm. 215, 1.

Unus Iuvenalis usurpat h. l. adiectivi formam fem. gen. comoeda, quae scholii interpretatione satis explicatur. Hanc vocem ex sermone cotidiano depromptam esse locis Latinis probatur.

***Cosmetae**[1]) [κοσμηταί].

VI, 477: »Si nocte maritus
Aversus iacuit, periit libraria, ponunt
Cosmetae tunicas, tarde venisse Liburnus
Dicitur et poenas alieni pendere somni
Cogitur.«

Schol. ad h. l.: »Eos dicit, qui ornamentis praesunt, non tamen ornatrices. tunicas. ut vapulent scilicet.«

Valla ad h. l.: »Cosmetae, ornatrices exuunt iussu herae tunicas, ut vapulent.«

Glossa Graeco-Latina [C. Gl. Lat. II, p. 353, 61]: »Κοσμητής ornamentarius ornator.«

In litteris Graecis
vocabuli κοσμητής hae sunt significationes:

I. gubernator vel rector vel ordinator in epigr. ap. Aeschin. contra Ctesiphont. 184 (Weidner), idem, qui ab Hom. Il. I, 16 κοσμήτωρ appellatur.

II. Atheniensium magistratus, qui gymnasiis praeerat; hanc verbi vim exhibent Plato [Axioch. 366e], legg. VI, 772a. Teles ap. Stob. floril. XCVIII, 72. Pausan. III, 17, 4. Accedit Inscr. in C. I. G. I, 270, 1, ad quam Boeckh adnotat: »Cosmetes est princeps gymnasiorum magistratus, cuius vetustissima mentio est in dialogo Axiocho c. 8.«

Cf. etiam J. H. Krause: Hellenika. Die Gymnastik und Agonistik der Hellenen. Leipzig 1841, I, p. 211, sqq.

---

[1]) Asterisco appicto significavi ea vocabula, quorum solus pluralis numerus in litteris Latinis exstat.

et W. Dittenberger: De ephebis Atticis. Gottingae 1863, p. 29—33.

III. Κοσμηταί a Xenophonte vocantur servi, quibus apud Persas curanda erant dominorum corpora, Cyri instit. VIII, 8, 20: »Τοὺς κοσμητάς, οἳ ὑποχρίουσι τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτοὺς καὶ τἄλλα ῥυθμίζουσιν, ... ἱππέας οἱ δυνάσται πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς.«

In litteris Latinis

praeter hunc Iuvenalis locum vox cosmetae nusquam invenitur, et, cum eius notio h. l. non sit luculenta, viri docti de ea explicanda dissident. Sunt qui vocabulo ancillas significari contendant, ut Valla ad l., Böttiger: Sabina I, 22, Weidner ad h. l.; haec interpretatio refutanda est, quod vocabula in terminationem *-tes* cadentia masculini generis sunt. Schol. nihil ad hanc vocem explanandam conducit; quod dicit, coniecit.

Hoc Iuvenalis loco agitur de servis, qui dominae praesto sunt. Quodsi cosmetae in litteris Graecis intelleguntur et Atheniensium magistratus, qui corporibus exercendis operam dabant (II) et Xenophonte l. l. auctore ministri luxuriae dominorum inservientes, quibus cultus et corporis curatio commissa erant (III), facere non possumus, quin assentiamur Beckero-Göllio, qui in Gallo[3] II, 163 dicit: »Übrigens glaube ich nicht, dass Iuven. VI, 477 die Schmücker und Hüter des Kleider- und Goldschmucks meint, sondern halte mich an die von Xenophon gegebene Andeutung.«

Vocabulum cosmetae ex sermone cotidiano in poetae saturas abisse vix est quod moneam.

***Epimenia** (cf. p. 19 adnot.) [ἐπιμήνια].

VII, 120: »Quod vocis pretium? siccus petasunculus et vas
Pelamydum aut veteres, Maurorum epimenia, bulbi
Aut vinum Tiberi devectum, quinque lagonae.«

Schol. ad h. l.: »Graece dicitur epimenia; nam Latine menstrua dicuntur dantium.«

Gloss. Isidori: »Epimenia, xenia, quae dentur per singulos menses« [C. Gl. L. IV, p. 64, 7: »Epheminia xenia que dantur per singulos menses« et ibid. p. 336, 26.] Gloss. ex Excerptis Stephani apud Labbaeum [Glossar. Lutet. Paris. 1679, p. 65, col. 4]: »Epima, τανισία«, quod legendum est »Ἐπιμήνια, τὰ σιτία«, cf. Rönsch: Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien 1880, p. 818.

In litteris Graecis

vocabulum ἐπιμήνια iam invenitur

I. apud Herodot. VIII, 41 et in vetere Inscr. Attica ap. Athen. V, p. 234, e: »Τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ἱερεύς« et apud Lycurg. in Harpocrat. lexico s. v., de menstruis sacris.

II. Apud Polyb. XXXI, 20, 13; 22, 12 autem intellegenda sunt alimenta vel cibaria menstrua, quae militibus dantur, item apud Plutarch. Flamin. c. 5 (p. 371 med.) »Τὸν ἐπιμήνιον σῖτον« commeatus, qui militibus comparatur. Adde Arrian. Epictet. II, 7, 8: »Τὸ πλοῖον τῶν ἐπιμηνίων« et Lexicon rhetoricum in Bekkeri Anecd. Graec. 254, 13: »Ἐπιμήνια ... τὰ ἐφόδια.«

Moris erat, ut duces Romani militibus frumentum in singulos menses metirentur, de qua re Polyb. VI, 39, 13 sq. copiosius tradidit, cf. etiam Cic. Verr. II, 3, 30: »Menstrua cibaria«, Tuscul. II, 16, 37: »mensis cibaria.« Liv. XLIV, 2, 4: »menstruum iusso milite secum ferre.«

Militibus non cibos delicatiores datos esse consentaneum est. Sed Mauris, qui in exercitu Romano stipendia merebant (fuerunt enim cohortes et alae Mauricae, cf. C. I. L. III, 3444. 3542. 3545 al.), utpote temperantissimis cibaria imprimis vilia videntur data esse, pro frumento bulbi[1], qui cibus a Romanis vilissimus habebatur (cf. Verg. Mor. 95. Stat. Silv. IV, 9, 30. Mart. IV, 46, 11. Plin. epist. I, 15, 2) et ne recentes quidem, sed veteres i. e. languidi. Eius generis cibaria homini Romano et causidico pro praemio offerri Iuvenalis indignatur, atque haud scio an

[1]) cf. Aristoph. Eq. 600; Ach. 550; 1099; Pac. 1129.

per indignationem vocabulo Graeco epimenia usus sit. Ceterum suspiceris verba »Maurorum epimenia bulbi« tum in proverbii consuetudine fuisse, quasi Mauri essent frugalissimi.

*Niceteria (cf. p. 19 adn.) [νικητήρια].

III, 68: »Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.«

Schol. Vallae ad h. l.: »Niceteria syllateria sunt, quae ob victoriam fiebant et de collo pendentia gestabantur, quae ἀπὸ τῆς νίκης, id est a victoria, nomen traxerunt. Niceteria, vestes peregrinas victis [l. victoribus] convenientes.«

Ugutio: »Niceteria dicuntur filateria [l. sylateria], quae gesta * eteleche faucta [l. quae gestabant athletae facta] de summatibus armorum, quae a victis acceperant, et ea collo suo suspensa gerebant, quotiens victores exstiterant, quasi signa victoriae et ideo filateria [l. sylateria] talia, in quibus designabantur victoriae, niceteria dicta sunt.«

In litteris Graecis

vocabulum νικητήρια saepius legitur, ut apud Sophocl. frgm. Salmonei 482 Dind. [ap. Athen. XI, p. 487 d], Eurip. Alc. 1031, Xenoph. conviv. VI, 1, Plat. legg. II, p. 657 e: »Τὰ νικητήρια φέρειν«; de rep. X, p. 612 d; Phaedr. p. 245 b, Dion. Cass. LXIII, 1, 1, Aelian. var. hist. II, 41 a.

His omnibus locis de praemiis victoriae cogitandum est, ex nullo potest colligi talia praemia quasi insignia in pectore gestata esse.

In litteris Latinis

apud solum Iuvenalem h. l. invenitur vocabulum niceteria, quod schol. ad h. l. et Ugutio interpretantur voce sylateria, qua idem significatur ac vocabulo spolia.

Huius loci sententia est haec: Poeta queritur, quod multi populares nobili loco nati veteris morum simplicitatis ac continentiae immemores Graecorum artes, quae sint hominibus vere Romanis [Quirine] indignissimae, excolant atque exerceant, et indignatur, quod cives Romani praemia victoriae

in ludis gladiatoriis partae torquium loco de collo demissa ostentent. Quo planius illos ut Graecorum imitatores notet et designet, h. l. dedita opera permultis vocabulis Graecis utitur nequaquam pervagatis, sed circulorum quorundam propriis eorum hominum, quorum studia singularia erant gladiatoria. Etsi ludi gladiatorii erant institutum vere Romanum, complures tamen voces Graecae erant termini quasi technici in iis usitati, ut dimachaeri, hoplomachi, Thraces.

Eodem modo h. l. vocabulum Graecum niceteria est explicandum.

Popanum [πόπανον].

VI, 541: »Illius [sacerdotis Aegyptii] lacrimae meditataque
murmura praestant,
Ut veniam culpae non abnuat ansere magno
Scilicet et tenui popano corruptus Osiris.«

Valla: »Popano sacrificio de pane facto. popanum, inquit Suidas, placenta fuit lata, quam diis veteres offerebant; hoc Latini, ut reor, bellarium nominaverunt, sed pro quocumque libo capitur.«

Cum in lexicis Graecis collectio locorum, quibus invenitur vocabulum πόπανον, quod in litteris Graecis non ita usitatum et pervagatum mihi videtur esse, non sit perfecta, h. l. omnes locos Graecos, quos reperire potui, congeram. Huc referendi sunt:

Aristoph. Plut. 660; 680. Thesmoph. 285. Eccles. 843. Plato de re publ. V, p. 455 c: »Τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἑψημάτων θεραπείαν.« Plutarch. de Iside et Osiride c. 30 [mor. p. 362 f]; c. 50 [p. 371 d]. Lucian. de sacrif. 12, p. 536. Alciphr. epist. III, 35. Philostr. imag. II, 33 p. 859. Iulian. misopog. p. 362, a: »Οὔτε θυμιάματα οὔτε πόπανον οὔτε ἱερεῖον.« Ps.-Orph. Argon. 316 (Abel).

Accedunt hae vocis interpretationes: Schol. ad Platonis l. l.: »Ποπάνων] πλακουντίων πλατέων καὶ λεπτῶν καὶ περιφερῶν. Ἕψημα δέ ἐστιν, ὃ ἔνιοι ἱερεῖον καλοῦσιν, οἱ δέ, γλυκύ.« Hesych. s. v.: »Πόπανα πλακούντια ἀπὸ ἄρτου.«

Suid. s. v.: »Πόπανα πλακούντια πλατέα καὶ λεπτὰ καὶ περιφερῆ.« Gramm. in Bekkeri Anecdot. Graecis I, p. 215: »Ἀρεστὴρ πόπανον τὸ ἐν ταῖς θυσίαις ἐπιτιθέμενον κατὰ τοῦ πυρός.« ibid. 294: »πόπανον: πόπανόν ἐστι πλάτυμμά τι στρογγύλον, ἀπὸ στέατος, εἰς θυσίαν ἐπιτήδειον.«

Addo eandem significationem ac vocabulo πόπανον inesse vocibus πέμματα et φαιστά, cf. Lobeck: Aglaopham. p. 1083.

Quotiens scriptores Latini loquuntur de ea re, quam Graeci nomine πόπανον appellant, ipsi uti solent vocabulis bellarium et libum.

Bellarium, quod Valla l. l. auctore idem fuit ac popanum, Gellius XIII, 11, 6 sq. ita definit: »,Bellaria', inquit [Varro], ,ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt: πέμμασιν enim cum πέψει societas infida'. Quod Varro hoc in loco dixit bellaria, ne quis forte in ista voce haereat, significat id vocabulum omne mensae secundae genus. Nam quae πέμματα Graeci aut τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellaverunt. Vina quoque dulciora est invenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.«

Ex scriptoribus Latinis vocem bellarium primus usurpat Plautus Trucul. II, 5, 27 (480): »Fer verbenam huc intus et bellaria.«

Alterum vocabulum Latinum, quo Graecum πόπανον vertitur, est libum, quod his locis invenitur: Cat. de agric. 75. Varr. de re rust. II, 8, 1: »Cum haec loqueremur, venit... libertus, qui dicat liba absoluta esse et rem divinam paratam.« Hor. epist. I, 10, 10. Tibull. II, 2, 8. Ovid. fast. III, 670; 761. Mart 8, 24, 4. Iuven. III, 187. XVI, 39.

Quaeritur, qua de causa Iuvenalis, qui solus in litteris Latinis vocabulum popanum exhibet, VI, 541 hac voce Graeca uti maluerit, quam Latina, quae III, 187 et XVI, 39 legitur.

Qui antiquissimos locos Graecos solos spectaverit, is facile putet Iuvenalem vocem popanum ex studiis poetarum comicorum Atticorum mutuatum esse. Sed si quis locis

Plutarchi de Iside et Osir. adhibitis huius totius loci contextus rationem habet, facere vix potest, quin concedat vocabulum ex cotidiani sermonis usu depromptum esse. Poeta autem id usurpat, quod toto loco de rebus Aegyptiis loquitur, et vox tum in Osiridis cultu, qui erat iam Horatii aetate Romae admodum frequens (vide epist. I, 17, 60), fuit artis vocabulum, quasi terminus technicus ad sacrificium significandum, quod Osiridi deo fieri solebat.

Proseucha [προσευχή].

III, 296: »Ede ubi consistas, in qua te quaero proseucha?«

Schol. ad h. l.: »Quidam nomen loci dicunt ad convivium constitutum ex gaudio dictum; alii dicunt locum, ad quem convenire solebant mendici ad stipem petendam, alii tabernam, in qua pauperes vivunt. Proseucha locus Iudaeorum, ubi orant; προσεύχεσθαι enim Graece orare dicitur.«

Glossa Graeco-Lat. [C. Gl. L. II, p. 421, 13]: »Προσευχή obsecratio oratio.«

Thom. Thes. [Thomae Thesaurus novus Latinitatis sive lexicon vetus e membranis nunc primum editum. Romae 1836 in: »Class. auctores ed. Mai, vol. VIII.«] p. 327a: »Lupanar meretricum tugurium, prostibulum, proseucha, ganeum, casella, crissatorium.«

p. 470 a: »Proseucha parva domus.«

p. 480 b: »Proseucha domus meretricum vel quaelibet officina.«

In litteris Graecis

vocabulo προσευχή significatur

I. precatio in Septuag. paralip. II, 6, 19. Tob. XIII, 1, al.; Nov. Testam. Matth. XVII, 21, al.; ap. Joseph. contra Apion. II, 2, 10; cf. etiam Bibl. theol. Wörterbuch der neutestamentl. Gräcität von Cremer. Gotha 1883[3], p. 350 s. v.

II. locus, quo precatio fit vel aedes sacra ap. Philon. Iud. de legat. ad Gaium 20 med., 23 med. al.;

in Nov. Testam. act. apostol. XVI, 13; ap. Joseph. antiqu. Iud. XIV, 10, 23. Euseb. II, 152 a. Epiphan. I, p. 450. Artemidor. III, 53. Cleomed. meteor. II, 1, 91, p. 112 (Bake): »Τὰ δὲ ἀπὸ μέσης τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐταῖς προσαιτούντων, Ἰουδαϊκά τινα καὶ παρακεχαραγμένα καὶ κατὰ πολὺ τῶν ἑρπετῶν ταπεινότερα.« al. cf. etiam Schürer: Neutestamentl. Zeitgeschichte, p. 470 (II^2, 372).

In litteris Latinis

voce proseucha solus Iuvenalis hoc l. utitur, accedit Inscr. ap. Orell. 2525 [Gruter. p. 651, 11]: »Dis M. P. Corfidio Signino pomario de agger a proseucha Qu. Sallustius Hermes amico benemerenti et numerum ollarum decem.« Romae.

De loco Iuvenalis recte interpretando dubitatum est, cum neque scholiis ad h. l. neque Glossa Gr.-Lat. res obscura illustretur; Thomae Thesauri definitiones ex Iuvenale videntur conclusae esse.

E. G. Weber in ed. Iuven. Wimariae 1825, p. 178 proseucham »Iudaeorum tabernam vel popinam (Judenherberge, Judenkneipe)« intellegi vult. Heinrich in edit. Iuven. II, p. 165 ad hunc versum de loci sententia diserte disputat. Eius explicationem secutus Weidner in ed. Iuven. ad h. l. adnotat: »Die proseuchae sind Bethäuser der Juden, welche meist abseits in verborgenen Regionen der Stadt lagen. Hier hatten Handelsleute oder Bettler, natürlich Juden, ihren Stand (consistere).« Schürer: Die Gemeindeverfassung der Juden in Rom in der Kaiserzeit. Leipzig 1879, p. 11, adn. 1: »Die Existenz jüdischer Synagogen in Rom bezeugt auch Iuven. III, 296.« Cremer quoque l. l. existimat proseucham esse aedem sacram.

Si vocis proseucha in litteris Graecis significationem (II) spectamus et cum toto huius loci Iuven. contextu conferimus, nihil impedit, quominus cum Heinrichio et aliis viris doctis proseucham explicemus aedem sacram. Ac veri simillimum est cum talibus aedibus sacris tabernas vel deversoria coniuncta fuisse, quoniam inter omnes constat sacerdotem Iudaicum eundem fuisse cultrarium.

In litteris Latinis vocabulum, quo haec aedes sacra ex·imatur, non exstat.

Iuvenalis aetate vox proseucha videtur fuisse terinus technicus, quem dicimus, ad aedes sacras Iuaeorum sive συναγωγὰς denotandas. Ac vocabulum raecum e sermone cotidiano in poetae saturas re-ꞔptum esse in promptu est.

*Trechedipna (cf. p. 19 adn.) [τρεχέδειπνος].

III, 67: »Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.«

Schol. ad h. l.: »Vestimenta parasitica, vel galliculas ꞔaligulas] Graecas currentium ad cenam.«

Corp. Gloss. Lat. III, 336, 3: »Τρεχέδιπνος copidicenus« h. e. cupidicenus, cenae cupidus].

In litteris Graecis
ocabulum τρεχέδειπνος legitur

I. apud Plutarch. quaest. conviv. VIII, 6, 1, 1 [mor. ꞁ. 726 a]: »Τῶν υἱῶν μου τοὺς νεωτέρους ἐν θεάτρῳ προσδιαρίψαντας ἀκροάμασι καὶ βράδιον ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐλθόντας οἱ Ϗέωνος υἱοὶ κωλυσιδείπνους καὶ ζοφοδόρπιδας καὶ τοιαῦτα μετὰ αιδιᾶς ἔσκωπτον· οἱ δ'ἀμυνόμενοι πάλιν ἐκείνους τρεχεδείπνους .πεκάλουν. Καί τις εἶπε τῶν πρεσβυτέρων τρεχέδειπνον εἶναι ὸν ὑστερίζοντα τοῦ δείπνου· θᾶττον γὰρ ἢ βάδην ἐπειγόμενον, ταν βραδύνῃ, φαίνεσθαι.« Τρεχέδειπνος fuit fortasse iocuaris parasiti appellatio, quae forsitan aliquamdiu uerit vulgaris. Vocabulum ex media vel nova quae .icitur comoedia videtur depromptum esse, quod eo .titur:

II. Alciphron, qui epist. III, 4 parasito cuidam nomen 'ρεχέδειπνος per iocum imponit.

III. Athen. VI, p. 242 c: »'Εν δὲ τῷ Παγκρατιαστῇ Ἄλεξις τρεχεδείπνους καταλέγων φησίν·« sequuntur com-lura nomina ab Alexide ibi enumerata, quae parasitorum sse patet.

Ribbeck: Kolax eine ethologische Studie, Abhandıngen der philol.-histor. Klasse der königl. Sächsisch.

Akad. der Wissenschaften, vol. IX, Leipzig 1883, p. 21: »Obwohl [der κόλαξ παράσιτος] zu der Klasse der τρεχέδειπνοι, γαστρίμαργοι und ὀψοφάγοι gehört, so braucht doch nicht jeder Freund von Schmausereien zugleich ein Parasit zu sein. (Aristophanes inc. fab. 675 K. kann ebenso gut einem τρεχέδειπνος als einem Schmarotzer angehören. Ein richtiger τρεχέδειπνος ist Philokrates bei Eubulos inc. f. 118 M.)« dubitat, an τρεχέδειπνος parasitus intellegendus non sit. Sed hoc vix incertum sit, immo appellationem semper fuisse parasiti propriam ex locis scriptorum Graecorum allatis luce clarius apparet. — Neutrum τρεχέδειπνον non invenitur.

In linguam Latinam

vocabulum trechedipnum ex comoediae Graecae studiis, in quae multi homines Romani litterati ac docti incumbebant, videtur inductum esse; in Iuvenalis saturas e sermone cotidiano abiit. Atque legitur apud hunc poetam solum hoc l. et in schol. explicatur vestis parasitica. Hanc interpretationem recentiores viri docti probant, sed dissentiunt, quale vestimentum trechedipna fuerint. Affero eorum sententias commemoratu dignissimas.

Weber l. l. p. 234 infra: »[Trechedipna] vestem, qua Romani ad cenam currebant, intellegamus necesse est, cenatoriam, accubitoriam, synthesin, qua amicti Saturnalium tempore, quo convivia creberrima erant, cotidie in publicum prodibant (Mart. XIV, 1, 1; 123; 129)«. Heinrich l. l. II, p. 132: »Es war eine Art Modekleid, worin die Stutzer zu Gaste gingen, Gastläufer, wie das holländische Schanzläufer.« Weidner ad h. l.: »[Der Römer] erscheint in dem stutzerhaften Modekleid des griechischen Parasiten (τρεχέδειπνος, noch nicht sicher erklärt).«

Si schol. interpretatio est recta, putandum est parasiti in comoedia palliata fuisse proprium vestitus genus, et a parasitis hanc vestem, qua in scaena induti erant, etiam in vita publica gestatam esse.

Videtur autem fuisse pallium, i. e. amplum amiculum, id quod apparet ex Plaut. Pers. I, 3, 40, sqq. (121 sqq.):

»Nihili parasitus est, qui Argentumdonidast.
Lubido extemplo coeperest convivium,
Tuburcinari de suo, si quid domist.
Cynicum esse egentem oportet parasitum probe:
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,
Marsuppium habeat: inibi paulum praesidi,
Qui familiarem suam vitam oblectet modo.«

His rebus instructus parasitus incedere solebat. Adde Poll. IV, 120: »Τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος, ὡς τοῖς ἀγροίκοις λαγωβόλον.« Cf. etiam Wieseler: Theatergebäude und Denkmäler des Bühnenwesens bei den Griechen und Römern. Göttingen 1851, p. 70 et Agincourt: Histoire d'arts. Tom. III, p. 44.

Parasitorum igitur vestitus fuit non ita magnificus, sed simplicissimus, ut etiam colligi potest ex Not. Tiron. et Sen. p. 161: »Perio, tragitipinum, licola« [l. pero, trechedipnum, ligula; Schmitz Rh. Mus. XVIII, 146]. Et fuit parasitus more cynici instructus strigili et ampulla, ut athletes. Hoc optime quadrat ad voces ceromatico et niceteria. Quamquam non potest negari talem translationem ab athleta ad parasitum factam insolitam esse et maxime dubiam — qui Iuvenalis loci contextum spectaverit, facile existimet vestimentum trechedipna ad luxum esse referendum —, tamen fieri potuit, ut vocis Graecae notio apud Romanos hoc modo mutaretur, cf. ἐνδρομίς calceamentorum genus quoddam et endromis amiculum crassum et villosum.

Baptae [Βάπται].

II, 92: »Talia secreta coluerunt orgia taeda
Cecropiam soliti Baptae lassare Cotyton.«

Schol. ad h. l.: »Baptae titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide, qui inducit viros ad imitationem feminarum saltantes. Baptae autem molles; quo titulo

Eupolis comoediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem praecipue perstrinxerat, necatus est.«

Valla ad h. l.: »Baptae molles, quo titulo Eupolis comoediam scripsit, ob quam Alcibiades, quem praecipue perstrinxerat, necuit ipsum in mare praecipitando dicens, ut tu me in theatris madefecisti, nunc ego te in mari madefaciam.«

Iuvenalis nobiles viros Romanos in die festo Bonae deae agendo vitiis flagitiisque omnibus deditos vellicat et cupiditatum licentiam comparat cum libidinibus effrenatis et indomitis, quae in arcanis Cotytonis, deae Thraciae, excitabantur.

Notissima est Eupolidis fabula, quae inscripta erat Βάπται, vide Comicor. Atticor. fragmenta ed. Kock I, p. 273, frgm. 67. Huius comoediae persaepe mentio fit; praeterea autem vocabulum βάπται vel βάπτης in litteris Graecis nusquam invenitur. Neque in litteris Latinis vox Baptae praeter hunc Iuvenalis locum usquam legitur. Cum nominis significatio sit obscura, alii viri docti id aliter interpretati sunt. De hac re dubia egerunt: Buttmann: »De Baptis et Cotyttiis«, qui nihil notatu dignum protulit. Lobeckius Aglaoph. p. 1007 sqq., qui haec docet p. 1009: »Intellegatur Baptas vocatos esse . . . a lotionibus sacris, quibus pietas initium, libido incrementa dedit.« Weidner ad h. l.: »In dem orgiastischen Kult und in der Ausschliessung des andern Geschlechts waren die Winkelmysterien den Orgien der thrakischen Kotys oder Kotyto (Κοτυτώ) ähnlich, deren Anhang, die Βάπται, von Eupolis in einer Komödie gleichen Namens verspottet und als τριχωνπλάσται, molles und calamistrati, als geschniegelte Lustbuben geschildert worden sind.« Alia de vocis notione iudicia lege ap. Kock l. l.

Optime haec res obscura illustrari mihi videtur Lehrsii interpretatione: Populäre Aufsätze p. 397 sq., qui haec dicit: »Man nannte die Teilnehmer [an den Orgien der thracischen Göttin Kotytto] βάπται, die Taucher oder Täufer, weil jene sacra mit einer Lustration der Ein-

geweihten, die durch ein Bad geschah, verbunden waren; diese Ceremonie war es eben besonders, welche sie in den Ruf der Unzüchtigkeit und Ausschweifung brachte.«

Iuvenalis aetate Eupolidis comoedias Romanis fuisse satis notas apparet ex Pers. I, 124 et ex Plin. epist. I, 20, 17, qui etiam versus quosdam eius affert.

Illius poetae comoediae videntur tum in scholis lectae esse. Qua de causa veri simillimum est Iuvenalem vocem Baptae ex eruditione, qua puer imbutus fuerat, mutuatum in saturas recepisse, ut civium Romanorum, qui externorum deorum cultus imitabantur, vitam ac mores asperis facetiis perstringeret. Non enim Thracum sacra ac deorum cultus Iuvenali minus odiosa erant quam Asiae Graeculorum, qui multis saturarum locis per indignationem commemorantur.

Ennosigaeus [Ἐννοσίγαιος].

X, 182: »[Xerxes] Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigaeum.«

Cognomen Ἐννοσίγαιος Neptuno iam apud Hom. Il. VII, 455 indi quis est qui nesciat?

In litteris Latinis vocabulum Ennosigaeus affertur ut pervagatum ac vulgare Neptuni cognomen ab Ammian. Marcell. XVII, 7, 12: »Neptunum umentis substantiae potestatem Ennosigaeon et Sisichthona poetae veteres et theologi nuncuparunt.« Nullo autem litterarum Latinarum loco praeter hunc Iuvenalis versum usurpatur haec vox Graeca, qua h. l. generaliter mare significatur. Quaeritur, qua de causa poeta hoc nomine usus sit.

Cum v. 174 Graecia »mendax« vocetur, et toto loco fabularum Graecarum vanitas eludatur, praeterea cum v. 178 Sostrati poetae, quem scholii ad h. l. auctoritate Persarum belli historiam versibus persecutum esse comprobatur, mentio fiat, veri simillimum est ab Iuvenale aculeis pungi Sostratum illum, qui fortasse in carmine nomen Gr. Ennosigaeus exhibuit. Simili fere modo Hor. sat. II, 5, 41 M. Furium Bibaculum, tumidum illum poetam, irri-

det; utitur enim iisdem vocabulis, a quibus Furius carmen suum exorsus erat »Hibernas canà nive conspuet Alpes« per parodiam.

β) Voces Graecae, quae in litteris Graecis desunt.

*Anabathra (cfr. p. 19 adn.) [ἀνάβαϑρα].

VII, 46: »Nemo dabit regum, quanti subsellia constant
Et quae conducto pendent anabathra tigillo
Quaeque reportandis posita est orchestra cathedris.«

Schol. ad h. l.: »A Graeco tractum, id est subsellia, super quae altius sedeatur, gradus superiores scansiles.«

Vocabulum anabathra apud nullum alium scriptorem neque Graecum neque Latinum invenitur.

Solus Thom. Thes. p. 49a exhibet glossam: »Anabathrum cortina.«

Statuendum est igitur, quid sit cortina. Ex locis, quibus haec vox in litteris Latinis invenitur, huc videtur pertinere Tac. dial. de orat. 19, p. med.: »Oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. At hercule pervolgatis iam omnibus, cum vix in cortina quisquam adsistat, quin elementis studiorum, etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat.« De vocis cortina h. l. notione vide Lips. ad h. l.: »Cortina non aliud ceperim quam subselliorum iuxta tribunal locum, in quo non advocati solum, sed scribae, praecones atque id genus operae forenses consistebant.« Halm autem ad eundem locum in ed. Tac. a Schweizero-Sidlero curata dicit: »Cortina videtur ἁψίς basilicarum, in quibus iudicia centumviralia habebantur, significari.« Haec explicatio una probanda mihi videtur esse, quod ad verborum contextum optime quadrat.

Iuvenalis loci sententiam nemo adhuc recte perspexit.

Omnino fallitur Weise l. l. p. 199: »Auch mag noch erwähnt werden der hohe, kanzelartige Sitz für einen vorlesenden Dichter, den man anabathra benannte.« Weidner ad h. l. explicat: »Der Aufstieg (ἀνάβαϑρον) erhebt sich auf Balken, wie ein auf schwachem Unterbau befindliches (pendens) tabulatum.«

His interpretationibus haec res dubia non dilucide illustratur, neque totius Iuven. loci aut schol. ad h. l. satis ratio habetur.

Recta autem interpretatio petenda est a singulis vocabuli Graeci ἀνάβαϑρα partibus; est enim, ut voce ipsa declaratur, instrumentum, in quo vel in quod ascenditur. Qua de causa Weise l. l. anabathra definit »der hohe, kanzelartige Sitz für einen vorlesenden Dichter«. Sed ex toto Iuvenalis verborum contextu et Thom. Thes. l. l. apparet anabathra intellegendum esse altum pulpitum forma amphitheatri, quod erat in trabibus scalarum instar exstructum et auditoribus destinatum.

Totius loci sententia est haec: Nemo patronorum poetae carmina recitanti tantum pendet, quanti huic constant scamna et tabulatum gradibus instructum, in quo scamna collocabantur — quod quidem pulpitum compactum est ex trabibus, pro quibus pecunia est solvenda — et orchestra, quam orator vel poeta suo sumptu ponendam curat, i. e. aut vela aut tesserae, in quibus nobilium sellae constituuntur, quae utendae ab aliis traditae post usum reportandae sunt.

***Xerampelinae** (cf. p. 19 adn.) [ξηραμπέλιναι].

VI, 519: »Grande sonat metuique iubet [ingens semivir,
Bellonae Asiaticae sacerdos,] septembris et austri
Adventum, nisi se centum [matrona Romana] lustraverit ovis
Et xerampelinas veteres donaverit ipsi,
Ut quidquid subiti et magni discriminis instat
In tunicas eat, et totum semel expiet annum.«

Schol. Vallae ad h. l.: »Xerampelinas, subaudiendum vestes, quae ad usum matronarum, inquit Probus, fuerunt ampelini coloris, qui inter coccinum et muriceum medius est. Xeron vero siccum significat: itaque xerampelinus color is esse creditur, quem lingua vernacula rosam siccam nominamus, idque Probus etiam confirmare videtur.«

Not. Tiron. p. 159: »Xerampinus, xerampinius.« [lege xerampelus, xerampelinus].

Papias et Ugutio exhibent: »Xerampelinae dicuntur veteres vestes et praesiccae.«

Gloss. Latino-Gall. Sangerman.: »Xeropellina: pel ou vestement melle. Xeropellinus, vieil, sec, débrisé.«

In litteris Graecis

vocabulum ξηραμπέλιναι non legitur nisi apud Suid. I, p. 843 Bernh. in glossa perquam recenti (s. v. ἀτραβατικάς), quae ad rem vestiariam Byzantinorum spectat; ibi vestimenta, quae vocantur ξηραμπέλιναι sc. ἐσθῆτες, quasi viliora opponuntur vestimentis pretiosis, quibus induebantur diebus festis: »Ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τοῖς ἐπινικίοις καὶ παρόντων πρέσβεων ἐνεδύοντο χιτῶνας καὶ χλαμύδας ποικίλας ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ ἄλλως πως πολυτελεῖς· ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις ξηραμπελίνας τὸ χρῶμα, ἃς ἐκάλουν ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος. τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλοῦσιν. ἢ ὅτι μετὰ τραβαίας ταύταις εἰώθεσαν χρῆσθαι. Τραβαῖαι δὲ λέγονται αἱ πολυτελεῖς χλαμύδες.«[1])

In litteris Latinis

solus Iuven. h. l. vocabulo xerampelinae utitur. Cum eius notio verborum contextu non illustretur, schol. et gloss. ad id intellegendum adhibenda sunt. Forcellini in lexico s. v. dicit: »Hinc ampelinae vestes, quae colore

---

[1]) Cetera Iuvenalis nomina appellativa Graeca, quae in litteris Graecis non inveniuntur, sunt colyphia, conchis, cottona, paenula, leguntur autem vel apud grammaticos vel apud lexicographos Graecos.

rampelino tinctae sunt.« Weidner ad h. l.: »Ξηραμπέ-ναι (sc. ἐσθῆτες) sind Kleider von der dunkelroten Farbe ›s vertrockneten Weinlaubes, also alte und verschlissene rauenkleider, hier tunicae.«

Ex omnibus, quae de hac re erui possunt, videtur colli-endum esse xerampelinas fuisse tunicas domesticas olore fusco vel subobscuro, quo sunt frondes 'itis autumnales. Talia vestimenta, cum sunt obsoleta, nulieres dant Bellonae deae Asiaticae sacerdoti, homini ex infima plebe, quod lustratione facta omnes morbos ac mala ad illa derivari putant.

Hedymeles [Ἡδυμελής].

VI, 383: ....»crispo numerantur pectine chordae,
Quo tener Hedymeles operas dedit, hunc tenet...«

Schol. ad h. l.: »Hic citharoedus fuit.«

Vocabulum Hedymeles praeter hunc locum in litteris neque Graecis neque Latinis invenitur, sed exstant duae Inscriptiones Graeca et Latina, in quibus tale nomen legitur: C. I. G. IV, 8383: »Ἡδυμελής. [Μα]ινάς. Μαινάς. Διόνυσο[ς]. Θυώνη. Σῖμος« in vasculo fig. rubr. collectionis Pr. de Canino. Bacchus in rupe sedens inter satyros et maenades; est igitur satyri nomen.

C. I. L. II, 3231: »L.(iciniae) Macedonicae C. L.(icinii) S(perati) filiae, flaminicae p(erpetuae), C. L.(icinius) Hedy-meles patronae optimae s(ua) p(ecunia) p(osuit) l(oco) l(ato) d(ecreto) o(rdinis).« Est igitur servi nomen.

Apud Iuvenalem h. l. Hedymeles intellegendus est mollis Graeculus, matronarum Romanarum deliciae, citha-roedus. Vox videtur aut nomen proprium non verum esse, sed, ut iam Valla ad h. l. adnotavit »Hedymeles, a cantus suavitate nomen inventum est ab ἡδύς et τὸ μέλος«, nomen fictum, aut usitatum artificum nomen, ut poeta Graeculos ipsi odiosos irrideat, quos fuisse in musica quo-

que arte insignes artifices ex III, 93 sqq. dilucide ac perspicue concludi potest.[1])

γ) Vocabula Graeca, quae a poeta ipso videntur formata esse.

Ceromaticus [ex ceroma (κήρωμα)].

III, 68: [Rusticus ille tuus] »ceromatico fert niceteria collo.«

In litteris Graecis

vox κηρωματικός non legitur.

Substant. κήρωμα iam exhibet Hippocr. de ratione victus in morbis acutis, med. [Foës. p. 398, 54]; ibid. p. med. [p. 402, 24] de cerato vel unguento ex cera confecto. Imperatorum autem Romanorum aetate hoc vocabulo unguentum quoddam luctatorum, quod magnam partem ex cera confici solebat, significari primus testis est Plut. quaest. conv. II, 4, 4 [mor. p. 638 c]; an seni sit gerenda res publ. XII, 6 [mor. p. 790 f].

In litteris Latinis

ceroma quid fuerit, ex his locis cognoscitur: Sen. philos. epist. VI, 5, 1 [57, 1]; de brevit. vit. XII, 2: »Qui in ceromate — nam, pro facinus, ne Romanis quidem vitiis laboramus — sectator puerorum rixantium sedet?« Plin. nat. hist. XXVIII, 4, 13, 51. XXIX, 1, 8, 26: »Illa perdidere imperii mores, illa, quae sani patimur, luctatus, ceromata ceu valetudinis causa instituta.« XXXV, 13, 47, 168: »In ceromatis, quibus exercendo iuventus nostra corporis vires perdit animorum.« ibid. 2, 2, 5. Mart. IV, 4, 10; 19, 5. V, 65, 3. VII, 32, 9. XI, 47, 5. XIV, 50, 1. Iuven. VI, 246: »Endromidas Tyrias et femineum ceroma
Quis nescit?«

Vocabulo ceromaticus utitur solus Iuven. h. l., qui id videtur formavisse ex voce ceroma per similitudinem adiectivorum Graecorum.

---

[1]) Cf. Friedl. ad h. l.

Poeta summa cum indignatione populares cavillatur, uod apparatum luxuriae, quam Graeculi in urbem inexerant, adamaverant et maiorum virtutis ac continentiae bliti peregrinos mores imitabantur. De hac re plura exonuntur Cap. II, A, BB, I, 1, a, β.

Petasunculus [ex petaso (πετασών)].

VII, 119: »Quod vocis [iuris consultorum] pretium? siccus
petasunculus et vas
Pelamydum.«

Thom. Thes. p. 471, s. v.: »Petasones vel petasunculi bacones, pernae carnium.«

Vocabulum πετασών apud nullum scriptorem Graecum legitur.

In litteris Latinis

primus Mart. III, 77, 6. XIII, 54, 2; 55, L. et 2 vocem petaso exhibet.

Vocabulum petasunculus ab Iuvenale videtur formatum esse. Hoc loco poeta, qui voce solus utitur, per contemptum petasoni recenti exsiccatum petasunculum opponit.

De huius vocabuli forma cf. L. Schwabe: De deminutivis Graecis et Latinis. Gissae 1859. Hic vir doctus l. l. p. 60 de falsa forma multorum deminutivorum Latinorum disserit, quo loco vocis quoque petasunculus nentionem facit.

De vocabuli significatione vide Gustav. Müller:)e linguae Latinae deminutivis. Leipzig (Königsberg) 865, p. 82, qui exponit deminutiva Latina in terminationes *-lus* et *-ulus* exeuntia plerumque cum contemptione surpari.

***Stoicidae** (cf. p. 19 adn.) [ex stoicus (στωϊκός)].

II, 65: »Fugerunt trepidi vera ac manifesta [Laroniam,
quae virorum vitia detexerat] canentem
Stoicidae.«

Schol. ad h. l.: »Qui sub praetextu philosophiae infamiam exercent; dicit contumeliose, ut Verg. [Aen. IX, 617]: ‚O vere Phrygiae', Pers. [I, 4]: ‚Troiades'.«

Vocabulum Stoicidae in litteris neque Graecis neque Latinis invenitur praeter hunc locum; Iuvenalis ipse vocem ad exemplum similium nominum propriorum Graecorum, ut Aeacides, videtur formavisse.[1])

Quaeritur, quomodo vocis Stoicidae et forma et notio sit explananda; formam enim a patronymicorum, quae dicuntur, esse longe diversam vix quisquam ignoret.

Heinrich ad h. l. II, p. 98 sq. adnotat: »Stoicidae, von Stoicides, komisch gebildet nach Aeacides, filii Stoicorum, Stoicastri . . . H. Stephanus de abusu linguae Graecae p. 140 ed. Berol. tadelt die Bildung Stoicidae, quis enim *Stoici* patronymici formam assumere posse credat apud Latinos, cum id illi et aliis id genus in Graeca lingua sit negatum.«

Hac vocis interpretatione, quam Weidner quoque sequitur, neque forma neque significatio vocabuli satis illustratur. Nam haec forma, etsi concedendum est eam in linguis et Graeca et Latina esse singularem et similem fere ac patronymicorum in terminationem *-ides* cadentium tamen a poeta consulto usurpata est. Ab iis nomen Stoicidae forma multum differt, quod ex vocabulo stoicus derivato ipso, formatum est; stoicos enim appellatos esse a στοά, porticu illa Atheniensi, in qua Zeno docebat, nemo nescit. Significantur igitur voce Stoicidae posteri a posteris, non ab unius cuiusdam hominis genere, sed a universa philosophorum secta profecti. In veris patronymicis plerumque filius, non raro nepos, interdum posteri sunt intellegendi eius viri, a cuius nomine patronymicum est ductum.

Stoicidae h. l. per acerbissimam irrisionem vocantur ii homines, qui, quamvis moribus solutis ac libidinibus

[1]) Cf. Friedl. ad h. l.

frenatis et indomitis sint, tamen stoicorum disciplinam ıdentur sectari et horum philosophorum severitatem af- :ctant.

ı) Voces Graecae, quas poeta primus in litteris Latinis exhibet.

Archimagirus [ἀρχιμάγειρος].

IX, 109: »Proximus ante diem caupo sciet, audiet et quae
Finxerunt pariter libarius archimagiri
Carptores.«

Iuvenalis demonstrat fieri non posse, ut vitia, quae in livitum domibus committantur, lateant; nam a servis ›mnia patefieri et aliis narrari.

Vocabulum simplex μάγειρος iam legitur apud Soph. 'rgm. 601 Dind. et Aristoph. equ. 416; multo serius in- 'enitur vox ἀρχιμάγειρος, cuius significatio est magister :oquorum ap. Philon. Iud. de somniis II, 2, extr. [vol. III,). 661, 31 Richter], de Iosepho 26 in. et ap. Plutarch. le liberis educ. c. 14, extr. [mor. p. 11b].

[LXX interpretes vet. test. saepius (genes. XXXVII, 36, XXXIX, 1, reg. IV, 25, 8. Dan. II, 14 al.) voce ἀρχι- ιάγειρος utuntur ad vertendum hebr. sar hatabāchim 'el rab tabāchajā, ad verbum recte, quod vocabulo abāch proprie significatur lanius et coquus, cf. Sam. I, , 13; 9, 23. 24; sed illis locis intellegendi sunt satellitum ive praetorianorum praefecti, qui sic vocabantur, quod orum fuit occidere (tabäch), quos iussi essent. Quod monu- :runt Hieronymus (qui ipse in versione sua, quae vulgata vo- atur, pro Graeco ἀρχιμάγειρος ll. ll. utitur vocabulis magister quitum, magister exercitus, princeps militiae) et Augustinus. Hieronym. quaest. hebr. in genes. XXXVII, 36 III, p. 364. Vallars.): »‚Madianaei autem vendiderunt Ioseph n Aegypto Potiphar eunucho, Pharaonis archimagiro.' n plerisque locis archimagiros i. e. coquorum principes ›ro magistris exercitus scriptura commemorat: μαγειρεύειν

quippe Graece interpretatur occidere.« comment. in Iesai. III, 7, 21—22 in. (IV, p. 115 supra. V.): »Princeps militiae, quem LXX ἀρχιμάγειρον vocant.« — Augustin. quaest. 127 in Pentateuch. I: »‚Madianaei autem vendiderunt Ioseph in Aegyptum Petephrae spadoni praeposito coquorum.‘ Nolunt quidam praepositum coquorum interpretari, qui Graece ἀρχιμάγειρος dicitur, sed praepositum militiae, cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus est etiam ille, quem Nabuchodonosor misit, penes quem potius invenitur primatus fuisse militiae.«]

Fortuito fit, ut vocabulum archimagirus apud scriptores Latinos raro legatur. Putandum est enim cum more adhibendi in divitum conviviis coquos Graecos nomen quoque ex Graecia Romam inductum esse.

Primo loco huc referenda est Inscr. Lat. in C. I. L. VI, 7458: »T. Aelius Aug. lib. Primitivus archimagirus et Aelia Aug. lib. Tyche coniunx.« Imperatoris igitur Hadriani aetate nomen fuit iam notum.

Pro vocabulo archimagirus in Inscr. ap. Maff. Mus. Veron. 319, 3 invenitur praepositus coquorum; in Inscr. ap. Gruter. 580, 12: vicarius supra coquos, quae verba in litteras Latinas non videntur abisse.

In litteris Latinis
voce archimagirus utuntur

I. Iuven. h. l.; neque quisquam potest dubitare, quin princeps coquorum sit intellegendus. Heinrich ad h. l. adnotat II, p. 371 vocabulum a Romanis formatum esse; id vix est credibile, cum in litteris Graecis (Sept., Phil. Iud., Plut.) legatur, cf. etiam Cap. II, C.

II. Apollin. Sidon. epist. II, 9, 6: »Studiis hisce dum nostrum singuli quique, prout libuerat, occupabantur, ecce et ab archimagiro adventans, qui tempus instare curandi corpora moneret.«

Hic scriptor vocem ex Iuvenale videtur deprompsisse.

Iuvenalis hoc vocabulum Graecum usurpat, ut perstringat Graeculos habiles ac sollertes, qui in divitum

manorum domibus coquorum magistrorum munere fungentur et omnia secreta dominorum habebant comperta ac gnita, quae ad libitum enuntiabant; inter servos enim rimum locum obtinebant.

Aretalogus [ἀρεταλόγος].

XV, 16: . . »nefas illic [sc. in Aegypto] fetum iugulare capellae:
Carnibus humanis vesci licet. Attonito cum
Tale super cenam facinus narraret Ulixes
Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam
Moverat ut mendax aretalogus.«

Schol. Bobiense: »Arithologi sunt, ut quidam volunt, qui miras res id est deorum virtutes loquuntur. Mihi autem videtur arithologos illos dici, qui ea, quae dicta non sunt, in vulgus proferunt.«

In litteris Graecis

exstant vocabula ἀρεταλόγος et ἀρεταλογία.

I. Ἀρεταλόγος exhibet Philodem. de poem. p. 13, 21 (Dübner): »Τὸν δὲ ποιητὴν τὸν ἀγαθὸν συνορίζουσι κατὰ μιμογράφου καὶ ἀρεταλόγου, [ἀλλ'] οὐ συγγραφέως ἀρετήν.«

Accedunt duae Inscriptiones Deliae in Bullet. hell. VI, 327, nr. 21: »Ἴσι, Ἀνούβι . . . . Πυργίας ἀρεταλόγος κατὰ πρόσταγμα.« 339, nr. 43: »Πτολεμαῖος Διονυσίου Πολυρρήνιος ὀνειροκρίτης καὶ ἀρεταλόγος καὶ ἡ γυνὴ Καλλίστιον Μαρσύου Αντιόχισσα Ἴσιδι Τύχῃ ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων« . . . .

II. Ἀρεταλογία invenitur Septuag. Sirach. XXXVI, 19 Tischend.): »Πλῆσον Σιὼν ἀρεταλογίας σου.« Maneth. potel. IV, 446—449: »Μωρολόγους, χλεύης θ' ἡγήτορας, βριγέλωτας, Ἐν τ' ἀρεταλογίῃ μυθεύματα ποικίλ' ἔχοντας, ψηφάων παίκτας τε καὶ ἐξ ὄχλοιο πορισμῶν Βομβηδὸν ζώοντας λήμονας ἧς χθονὸς αἰεί.« Strabonis locus XVII, 80, 1 est orruptus.

In litteris Latinis

ocem aretalogus praeter hunc Iuven. locum usurpant ueton. August. 74 extr.: »Ad communionem sermonis

tacentes vel submissim fabulantes provocabat et aut acroamata et histriones aut etiam triviales ex circo ludios interponebat ac frequentius aretalogos.« Acro ad Hor. sat. I, 1, 120: [Crispinus] »Philosophi cuiusdam loquacissimi nomen, qui ἀρεταλόγος dictus est.« Porphyr. ad Hor. l. l.: »Plotius Crispinus philosophiae studiosus fuit; idem et carmina scripsit, sed tam garrule, ut aretalogus diceretur.« Auson. epist. XIII, 1: »Ῥωμαίων ὕπατος ἀρεταλόγῳ ἠδὲ ποιητῇ Αὐσόνιος Παύλῳ· Σπεῦδε φίλους ἰδέειν.«

Adde Lexicon Martini ex vetere Gloss. s. v.: »Aretalogus, placita loquens.« Gloss. in cod. Reg. 7644: »Aretalogus, artificiose loquens vel rhetoricus.« [Cf. Du Cange, Lexicon mediae et infimae Latinitatis. Parisiis 1840, s. v.]

Variae de vocabulo aretalogus explicando virorum doctorum sunt discrepantesque sententiae. Interpretationes nunc abiectas atque obsoletas exscribere aut recognoscere non est operae pretium, cum res dubia iis non enucleetur.

Interpretationem certe rectam repperit Sal. Reinach in illa quaestione »Les arétalogues dans l'antiquité«, quae legitur in »Bulletin hellénique IX, 1885, p. 257, sqq.«, adde »Revue archéol. XIV, 1889, 87«, cum hos homines intellegit »interprètes de miracles«, ut schol. Bob., et »conteurs de fables«.[1]) Plura in libro, qui inscribitur »Paulys Real-Encyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft. Neue Bearbeitung, herausgegeben von Georg Wissowa«. Vol. II, p. 670, sqq. s. v. Aretalogoi de hac re sunt exposita ab O. Crusio, qui vir doctus veterum scriptorum et Graecorum et Latinorum locos et Inscriptiones singulari quodam ingenii acumine ac subtilitate illustravit, inter se comparavit, quae ad vocabuli originem et interpretationem usui sint, demonstravit ac probavit. Cui explicationi tam apertae tamque perspicuae atque eximiae equidem nihil habeo quod addam neque

---

[1]) Cf. Friedl. ad h. l.

facere possum, quin ei in omnibus rebus assentiar, cum eam esse omnibus numeris absolutam mihi persuaserim.

Aretalogi, qui apud Romanos iam inde ab Augusti temporibus in publicum prodibant, altero p. Chr. n. saeculo habebantur hominum genus mendaciis infame. Iuvenalis hac voce Graeca, quam ex sermonis cotidiani more sumpsit, videtur usus esse, ut Graecorum vanitatem atque iactationem irrideret, cf. etiam X, 174: »Graecia mendax«; atque aretalogorum artem a Graeculis praecipue, qui tum Romae in omnibus negotiis (III, 77, sq.) versabantur, esse exercitatam veri simillimum est.

Chironomon [χειρονομῶν],
chironomos [χειρονόμος].

V, 121: »Structorem interea, ne qua indignatio desit,
Saltantem spectes et chironomunta volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia.«

Schol. ad h. l.: »Manus ducentem et artificio incidentem omnia.«

VI, 63: »Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo
Tuccia vesicae non imperat, Appula gannit
Sicut in amplexu subito et miserabile longum,
Attendit Thymele; Thymele tunc rustica discit.«

In litteris Graecis saepius leguntur

I. verbum χειρονομεῖν et subst. χειρονομία, quorum significationes sunt:

a) Gestus manibus potissimum et bracchiis atque etiam toto corpore facere legibus quibusdam et numeris adstrictos et animi aliquam intentionem exprimentes. De gestibus, quibus homines a tyranno quodam impediti, quominus sonos ederent, ad ea, quae sentirent, inter se declaranda utebantur, vocabulum χειρονομεῖν exhibet Aelian. var. hist. XIV, 22, in.: »Ἀλλήλοις ἔνευον καὶ ἐχειρονόμουν πρὸς ἀλλήλους« i. e. varia manuum

iactatione et digitorum compositione, quae sentirent, declarabant, quemadmodum muti facere solent.

Plerumque autem hae voces usurpantur

b) de saltationis parte quadam vel genere quodam et de aliqua parte artis gymnasticae, quae etiam σκιαμαχία vocabatur et quasi quoddam προγύμνασμα pugilatus ipsius putabatur.

Quae cognatio intercesserit inter ὄρχησιν et χειρονομίαν, elucet ex Hdt. VI, 129 extr. et Xenoph. conviv. II, 19; quae inter χειρονομίαν et γυμναστικήν, ex Plat. legg. VIII, p. 830c et Lucian. de saltat. 77, 78, p. 309 extr., ut omittam alios scriptores aetate posteriores, quos vocabula χειρονομεῖν et χειρονομία ex studiis scriptorum Graecorum quinti et quarti a. Chr. n. saeculi mutuatos esse manifestum est.

II. Ut exstant voces Graecae παιδονομεῖν, παιδονομία, παιδονόμος, ita existimandum est praeter vocabula χειρονομεῖν et χειρονομία iam a scriptoribus Atticis formari potuisse subst. χειρονόμος, quod vocabulum nativum verbi χειρονομεῖν habendum est, in litteris autem Graecis non prius legitur quam apud Aristaenet. epist. I, 26, p. med.: »Καὶ πᾶς θεατὴς ὑφ' ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται. ἓνα δὲ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν Καράμαλλον τὸν πάνυ, ἁπάντων ἔχεις τὴν μίμησιν ἀκριβῆ.«

Interpretatur autem Hesych. s. v.: »Χειρονόμος· ὀρχηστής.«

In litteris Latinis

I. voce chironomia utitur unus Quint. inst. orat. I, 11, 15 sqq., qui hoc dicit: »Ne illos [sc. oratores] quidem reprehendendos puto, qui paulum etiam palaestricis vacaverunt...., ut recta sint bracchia, ne indoctae, rusticae manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant. Nam neque haec esse in parte pronuntiationis negaverit quisquam neque ipsam pronuntiationem ab oratore secernet: et recte, quod facere oporteat, non indignandum est discere, cum praesertim haec chironomia, quae est,

ti nomine ipso declaratur, lex gestus, et ab illis tempoibus heroicis orta sit et a summis Graeciae viris atque pso etiam Socrate probata, a Platone quoque in parte civilium posita virtutum et a Chrysippo in praeceptis de liberorum educatione compositis non omissa. Nam Lacedaemonios quidem etiam saltationem quandam tamquam ad bella quoque utilem habuisse inter exercitationes accepimus. Neque id veteribus Romanis dedecori fuit: argumentum est sacerdotum nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio et illa in tertio Ciceronis de oratore libro [III, 59, 220] verba Crassi, quibus praecipit, ut orator utatur laterum inclinatione forti ac virili, non a scaena et histrionibus, sed ab armis aut etiam a palaestra: cuius disciplinae usus in nostram usque aetatem sine reprehensione descendit.«

Ex hoc loco patet stoicos philosophos vocabulis χειρονομεῖν et χειρονομία usos esse.

II. Voces chironomon et chironomos leguntur apud Iuven. et primum et unum.

a) Partic. chironomon Iuven. V, 121 usurpat primus in litteris Latinis, cf. ad h. l. Gloss. Graeco-Lat.: »σχεδιάζω χειρονομῶ lacero« et Karl Sittl: »Die Gebärden der Griechen und Römer. Leipzig 1890, p. 242.«

b) Vocabulum chironomos Iuven. VI, 63 exhibet solus.

Quaeritur, quae sint vocum his duobus Iuven. locis significationes.

a) Priore loco describitur cena, ad quam cliens a patrono invitatus est, et poeta per indignationem dicit χειρονομεῖν in convivio scissorem, qui in secandis cibis cultro omnes motus numerum servans facit, id quod ex versu 124 comperimus. Formam χειρονομοῦντα — Graecis enim litteris scribenda est — esse accus. partic. praes. verbi χειρονομεῖν apertum est. Forsitan Iuvenalem V, 121 imitetur Apollin. Sidon. epist. IV, 72: [Sidonius Simplicio suo salutem] »Videre mihi videor, ut homini non usque ad

invidiam perfaceto nova erunt omnia, cum invitabitur peregrinus ad domicilium, trepidus ad colloquium, rusticus ad laetitiam, pauper ad mensam, et cum apud crudos caeparumque crapulis esculentos hic agat vulgus, illic ea comitate retractabitur, ac si inter Apicios epulones et Byzantinos chironomuntas hucusque ructaverit.«

Dubia est Inscr. apud Reines. cl. IX, 96: »Chironomonta parens«, quo loco nomen proprium videtur statuendum esse.

Quam prave Iuven. V, 121 postea intellectus sit, colligi potest ex Gloss. ad Versific. lexicon Anonymi: »Chironomonta, ioculator, qui ludit manu sua cum cultellis volantibus« et ex loco Ioannis Sarisberiensis, duodecimi saeculi scriptoris, in Polycrat. I, c. 4, p. 11, infra [edit. Lugd. Batav. 1639]: »Ad haec carnificium eorum artem exigit et artem facit, suum habet opificem Chironomanta volanti cultello, nunc pugione stricto, nunc hebetata machaera mirabilis, si te casu sollemniis eorum contigerit interesse.«[1])

b) Difficilior est alter Iuven. versus VI, 63, quamquam de totius loci sententia ambigi non potest; agitur enim de mimo in scaena Ledam Iovis complexu domitam imitante. Hanc rem histrio saltat, i. e. mimice agit; sed quid significatur verbis chironomon Ledam?

Meurs. orchestr. V, p. 269 (opp.) scribit chironomo si haec lectio esset recta, h. l. intellegendus esset mimus cui per contemptum hoc cognomen inderetur, id quod vix est credibile. Heinrich ad h. l. II, p. 227 adnotat: »Der Dichter scheint chironomos passivisch gebraucht zu haben, χειρόνομος für χειρονομουμένη i. e. a chironomis multum agitata, was auch die Meinung von Nicol

[1]) Hoc loco percurram, quos versus Iuvenalianos scriptores Latini aetate posteriores imitati sint, cum in hac re iisdem vocabulis Graecis uterentur:

Iuven. VI. 172 [Paean] — Auson. epigr. 103.
— X, 20 [contus] — Boeth. de consol. II, 5.
— X, 55 [incerare] — Prudent. apoth. 457.

einsius zu sein scheint, ad Ovid. remed. amor. 337.« aec explicatio verae huius vocis significationi repugnat.

Interpretatio Weidneri, qui ad h. l. dicit: »*Chironomon edam saltare* die gestikulierende Leda, d. h. die eda in malerischer Armbewegung im Mimus darstellen ὀρχεῖσθαι)« est probabilis. Nam vocabulum χειρονόμος ιctivam vim habet, id quod ex Hesych. l. l. et Aristaen. epist. I, 26 satis apparet.

Interrogantibus autem, quibus de causis Iuvenalis pro vocibus Graecis vocabulum vere Latinum gesticulator, quo iam Colum. de re rust. I, praef. 3 usus erat, substituere noluerit, respondemus voces Graecas in sermone cotidiano, ex quo poeta plurima vocabula Graeca deprompsit, videri tum usitatissimas fuisse. Accedit, quod utroque loco de rebus Graecis cogitandum est.

Naulum [ναῦλον].

VIII, 97: ....»furor est post omnia perdere naulum.«

Schol. ad VIII, 96: »Sensus hic est: Quid tibi prodest, Chaerippe, si damnatur iudex, quem tu damnandum accusasti, cum illius successor plura ablaturus sit tibi? magis provide tibi praeconem et auctionem fac rerum tuarum, quae superaverunt, ut in pecuniam totum conferas, ne et ipsos pannos tuos perdas, qui remanserunt; nam nec accusatio tibi proderit et insuper naulum perdis.«

Valla ad h. l.: »Proverbium vetus, hoc dicit, amentia est, posteaquam tantum amiseris patrimonii, quod reliquum est, adhuc velle amittere.«

In litteris Graecis

'ocabulum ναῦλος vel ναῦλον, quo portorium ναυκλήρῳ olvendum significatur, est usitatum cum in poesi tum ı prosa oratione. Quod haec vox non ita saepe invenitur, ffero omnes locos Graecos, quos reperire potui.

Sunt Aristoph. ran. 270: τὸν ναῦλον. Xenoph. Cyri ꝉped. V, 1, 12. Demosth. oratt. XXXV, 32, p. 933. IL, 26,

p. 1192, 3. Dinarch. I, 56, p. 97, 17. Vet. Testam. Ion. I, 3. Strab. VIII, 6, 12, p. 373. Plutarch. virtutem doceri posse 2, p. med. [mor. p. 439 e]: »Οὐκοῦν, ἔφη, παραπόλλυμι τὸ ναῦλον.«

Accedunt Poll. I, 75: »Τὸν ὑπὲρ τῆς καταγωγῆς μισθὸν [ἐκάλεσαν] ναῦλον« et Hesych. s. v.

Gloss. Graeco-Lat. [C. Gl. L. II, p. 375, 12]: »Ναῦλον navis vectura naulum.«

In litteris Latinis

vocabulum naulum ab altero demum p. Chr. n. saeculo legitur. Praeter Iuven., qui in hoc versu vocem primus usurpat, hi scriptores ea utuntur: Apul. metam. VI, c. 18, extr.: »Huic squalido seni [sc. Charonti] dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram.« Acro ad Hor. sat. I, 5, 13 [aes exigitur]: »Naulum datur.« Ulpian. dig. XX, 4, 6: »Ut [merces] salvae fiant vel ut naulum exsolvatur...; nam et ipsum naulum potentius est.« XXX, 39, 1: »Et id in operis servorum vel vecturis iumentorum vel naulis navium dicendum.« Vulg. Ion. I, 3. Cassiodor. var. XII, 22, 3: »Naulorum praebitionibus.«

Viri docti dubitant, utrum hoc Iuven. loco cogitandum sit de portorio pro navigatione ex provincia usque ad urbem Romam pendendo an de triente Charonti persolvendo, ut III, 267, id quod Lubinus, Bardthius, Friedlaender ad h. l. coniecerunt. Nescio an ad hunc errorem inducti sint ab Hesych. s. v.: »Ναῦλον· τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον«, quae explanatio ad Aristoph. l. l. mihi videtur referenda esse. Ac ne Apulei quidem l. l. eorum opinio comprobatur; ex verbis enim »nauli nomine« colligi potest vocabulum naulum non fuisse terminum technicum, qui dicitur, ad trientem significandum, quem veteres mortuis Charonti dandum tradebant.

Equidem assentior plurimorum virorum doctorum huius aetatis sententiae et existimo naulum intellegendum esse portorium, quod ab iis, qui ex provincia Romam navigant, exigi solet. Haec interpretatio sola ad totum loci contextum quadrat et scholii auctoritate confirmatur.

am h. l. agitur de praefectis Romanis, qui provincias et rum incolas expilabant, ut vix superesset, unde singuli avigationem, quae illo tempore satis magno constabat, cf. ucian. navig. 15, p. 258, in urbem conficerent. Hic ersus etiam illustratur proverbio Gallico: »Il est si auvre qu'il n'a pas de quoi passer l'eau.«

Iuvenalis vocem naulum, quam per iocum saturis inseruit, sumpsit ex usu commercii, quod Romanis cum aliis gentibus intercedebat. Atque ea posterioribus litterarum Latinarum temporibus videtur vulgaris et popularis fuisse, cui rei sunt testimonio vocabula naulage Franco-Gallicum et naulage Britannicum, quae etiam hac aetate in illis linguis exstant.

Orexis [ὄρεξις].

VI, 428: ....[oenophorum], »de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim.«

XI, 127: ....»hinc [ex luxuriae apparatu] surgit orexis,
Hinc stomacho vires; nam pes argenteus illis,
Anulus in digito quod ferreus.«...

Schol. ad h. l.: »Libido vescendi hinc delectat cibum capere, si mensa est eburnea.«

In litteris Graecis

vocabulum ὄρεξις, quod intellegendum est desiderium vel cupiditas vel appetitus, soli prosae orationis scriptores iique philosophi exhibent Plato defin. p. 413c. 414b. Aristot. rhet. I, 10, 3 [II, p. 1369a]. Plutarch. de tuenda sanitate praecept. c. 7, extr. et 8, extr. [mor. p. 126a et d], c. 18, p. in. [p. 133b]; quaest. conviv. VI, 2, 1, 4 [mor. p. 687d]; 6: [Δριμύτητες] »τὸν στόμαχον... ἀνοίγουσαι καὶ χαλῶσαι δεκτικήν τινα τροφῆς εὐαρμοστίαν περιειργάσαντο περὶ αὐτόν, ἣν ὄρεξιν καλοῦμεν.«

In litteris Latinis

vox orexis praeter hos Iuven. locos invenitur apud solum Ael. Lamprid. Heliogab. XXIX, 9: »Amabat sibi pretia maiora dici earum rerum, quae mensae parabantur, orexin convivio hanc esse adserens.« Hoc loco orexis inter-

pretandus est appetitus, ut apud Iuven. Quaeritur, qua de causa poeta vocabulo Graeco orexis usus sit, cum ad hanc notionem exprimendam iam Cic. de off. I, 30, 105 vocem vere Latinam appetitus usurpaverit. Qui hos duos versus diligenter perpenderit, certe sibi persuaserit vocabulum Graecum orexis ob nullam causam aliam in saturas receptum esse, nisi quod ad aviditatem cibi appetendi significandam illa aetate sermone cotidiano tritum erat.

Schoenobates [σχοινοβάτης].

III, 77: »Augur schoenobates medicus magus, omnia novit
Graeculus esuriens.«

Schol. ad h. l.: »Schoenobates: funambulus.«

Gloss. Graeco-Lat. [C. Gl. L. II, p. 450, 17]: »Σχοινοβάτης funambulus.«

In litteris Graecis

vocabulum σχοινοβάτης legitur apud solum Maneth. IV, 278 de funambulo, vox σχοινοβατική nusquam nisi in schol. ad Dionys. Thr. in Bekk. Anecd. Gr. II, p. 652, 7: »Ματαιοτεχνία, ἡ σχοινοβατική, ἤγουν ὁ ἐν τῇ σχοίνῳ περίπατος.«

In litteris Latinis

vocem schoenobates primus exhibet Iuvenalis. Ceteri loci sunt

Porphyr. ad Hor. sat. I, 10, 28: »Pedius Puplicola et Messala adeo curasse dicuntur, ne Graeca Latinis verbis immiscerent, ut Messala primus funambulum dixerit, ne σχοινοβάτης diceret.«

Cassian. coll. XXIII, 9, 1: »Recte igitur sanctos, qui memoriam dei stabiliter retinentes quasi per extentas in sublime lineas suspenso feruntur, schoenobatis, quos vulgo funambulos vocant, dixerim comparandos, qui summam suae salutis ac vitae in angustissimo funiculi illius tramite conlocantes atrocissimam se mortem protinus incursuros esse non ambigunt, si vel exigua pars eorum titubatione deviaverit aut modum illius salutaris directionis excesserit.«

Apollin. Sidon. carm. XXIII, 300 [ad Consentium musium]: »Quid dicam citharistrias, choraulas,
Mimos, schoenobatas, gelasianos,
Cannas, plectra, iocos, palen, rudentem
Coram te trepidanter explicare?«

Accedit Inscr. ap. Orell. 2592 (ap. Gruter. 332, 7 et 768,4): »D. M. Cassiae peregrinae integ. fam. [integrae familiae]. Vix. an. XX VII Fl. Bisius scenob. Sard. [schoenobates, Sardus explicavit Scaliger] coniugi B. M. P. I.« (Abrugkbaniae in Transilv.)

Forsitan quispiam miretur vocabulum funambulus, quo iam Terentius Hecyr. prol. 1, 4; 2, 26 usus erat, postquam aliquamdiu in oblivione quasi iacuit, Porphyrione auctore in litteris Latinis non prius reperiri quam Horatii aetate. Cuius rei causa videtur haec fuisse. Terentius in usurpandis vocibus Graecis cautissimus, cum plerumque ea solum vocabula Graeca, quae Latine reddi non poterant, in comoedias receperit, novam vocem Latinam funambulus ex partibus funis et ambulo formare maluit quam vocabulum Graecum schoenobates fabulis inserere. Sed pro illa voce nova atque insolita per longum tempus vocabulum Graecum erat sermone cotidiano tritum. Primo demum a. Chr. n. saeculo Messala, emendator ille sermonis usitati, eius loco vocem Latinam funambulus, quam ex Terentio exaraverat, in sermonem cotidianum inducere studuit. Et fuit posteriore tempore vocabulum funambulus usu perceptum, cf. Sueton. Galb. 6, in. Firmic. Matern. mathes. VIII, 17, extr. Cassian. coll. XXIII, 9, 1: »Schoenobatis, quos vulgo funambulos vocant.«

Quantis in deliciis populo Romano funambulorum artes iam altero a. Chr. n. saeculo fuerint, cognoscitur ex Ter. l. l. prol. I, 4; is enim tradit spectatores ex theatro, in quo Hecyra, eius fabula, dabatur, se proripuisse, ut funambuli cuiusdam artificia admirarentur.

Iuvenalis vocem Graecam, quam ex sermone cotidiano hausit, huic versui admiscuit, quod funambuli h. l. Graeculi intellegendi sunt.

c) Enuntiata Graeca.

Iuvenalis versum IX, 37:

. . . . »Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος«

esse parodiam Hom. Od. XVI, 294 et XIX, 13: . . »Α γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος« nemo primo adspectu perspicit. Quod poeta vocabuli σίδηρος loco vocem κίνα supposuit, irrisio, quam spectat, eo acerbior fit.

XI, 27: »Γνῶθι σεαυτόν.«

Iuvenalis monet in omnibus rebus plurimum intei modum servare, non iniqua postulare, cum dicit:

. . . »E caelo descendit γνῶθι σεαυτὸν
Figendum et memori tractandum pectore.« . . .

Schol. ad h. l.: »Socratis philosophi dictum; id agnosce te, qui sis, et secundum possibilitatem tuam ε

Inter omnes constat dictum »Γνῶθι σεαυτόν« in lumna templi Apollinis Delphici adscriptum fuisse. ; sententiam a Chilone illo inventam esse vulgo putatuı quod ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας refellit Aristot., qui mem prodit inscriptionem illam iam ante Chilonis aetatem stitisse, cf. frg. V, 1475a.

In litteris Graecis

hoc enuntiatum primum legitur apud Xenoph. me IV, 2, 24 et Platon. Protag. c. 28 extr. p. 343b. ⸗ Philem. ap. Stob. serm. XXII, 4 et Plutarch. Dem c. 3, p. in. p. 847.

In litteris Latinis

dictum Γνῶθι σεαυτόν exhibent

Varro ap. Non. p. 94, 21 M. [sat. Menipp. 199, Le Buech.]. Auson. lud. VII sapientium 53; 138 (Chil. !

»Spartanus ego sum Chilon, qui nunc prodeo.
Brevitate nota, qua Lacones utimur,
Commendo nostrum Γνῶθι σεαυτόν, nosce te,
Quod in columna iam tenetur Delphica.«

Macrob. saturn. I, 6, 6: »Sed et cum posti inscriptum it Delphici templi, et unius e numero septem sapientium adem sit ista sententia Γνῶθι σεαυτόν, quid in me iescire aestimandus sum, si nomen ignoro? Cuius mihi iunc et origo et causa dicenda est.« comment. in somn. Scip. I, 9, 2: »Animarum originem manare de caelo inter ·ecte philosophantes indubitatae constat esse sententiae: et animae, dum corpore utitur, haec est perfecta sapientia, ıt, unde orta sit, de quo fonte venerit, recognoscat. Hinc .llud a quodam inter alia seu festiva seu mordacia, serio tamen usurpatum est: ‚De caelo descendit Γνῶθι σεαυτόν'; nam et Delphici vox haec fertur oraculi. Consulenti ad beatitudinem quo itinere pervenerit: si te, inquit, agnoveris; sed et ipsius fronti templi haec inscripta sententia est.«

Cic. Tuscul. I, 22, 52 hoc enuntiatum interpretatur verbis »Nosce te.«

Sententiam »Γνῶθι σεαυτόν« vetustiores Graecorum philosophi et, quotquot ingenua studia atque artes colebant, esse sanctissimam censebant et posteritati propagabant. Atque etiam Iuvenalis, magister ille morum admodum severus, aequalibus corruptis ac depravatis quasi normam in omnibus vitae condicionibus praescribit, ne faciant aut appetant quicquam, quod virium ac facultatum modum transeat.

Dubium esse non potest, quin poeta hoc dictum ex suis studiis rhetoricis in saturas receperit et hoc loco per grande quoddam dicendi genus civibus suis praecepta det.

Cf. etiam Karsten: De effatis Delphicis μηδὲν ἄγαν et γνῶθι σεαυτόν in symb. litt. Batav. II, 57 sq.

VI, 195: »Ζωὴ καὶ ψυχή.«

...»non est hic sermo [sc. Graecus] pudicus
In vetula. Quotiens lascivum intervenit illud
Ζωὴ καὶ ψυχή, modo sub lodice relictis
Uteris in turba. Quod enim non excitet inguen
Vox blanda et nequam?«

Schol. ad h. l.: »Quibus sermonibus Graecae mulieres in concubitu solent blandiri.«

In litteris Graecis
verba Ζωή καὶ ψυχή nusquam coniuncta leguntur.

In litteris Latinis
enuntiato Ζωή καὶ ψυχή utitur Iuvenalis h. l. unus; similis est versus Mart. X, 68, 5.

Ad huius Iuvenalis loci interpretationem hoc dicendum est.

Moris ac consuetudinis erat, ut mulieres Romanae omnes animi adfectus secretaque, imprimis omnia blandimenta ad libidinem excitandam, Graece eloquerentur. Ζωή καὶ ψυχή autem erant voces blandae Graecae [cf. VI, 197: »Vox blanda et nequam« et vers. sq.: »Dicas haec mollius Haemo«], quas in concubitu, ut adulescentibus blandirentur, anus libidinosae edere solebant. Ac linguam Graecam amantibus iam Lucretii aetate in deliciis fuisse apparet ex Lucr. IV, 1160 sqq., quo loco multa vocabula Graeca ad amatorios animi adfectus exprimendos versibus inserta sunt, cf. etiam Friedlaender: Sittengesch. I[6], 494, infr. et ad Mart. X, 68, 5. Iuvenalis h. l. matronarum cupiditatem voculas Graecas sermoni Latino admiscendi aculeis pungit.

d) Voces Graecae, quarum altera non satis perspicue, altera falso mihi videtur explicata esse.

α) Parum dilucida est interpretatio vocabuli elenchi.

Elenchus [ἔλεγχος].

VI, 459: »Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circumdedit et cum
Auribus extentis magnos commisit elenchos.«

Schol. ad h. l.: »Commisit uniones, margaritas oblongas.«

Vall. ad h. l.: »Commisit, comparavit elenchos, quos magnarum gemmarum gerebant matronae, quos et titulatos appellabant, inquit Probus.«

Gloss. Graeco-Lat. [C. Gl. L. II, p. 294, 41]: »Ἔλεγχος indicium index haec probatio.«

Ex scriptoribus Graecis

vocabulum ἔλεγχος exhibent

I. Pindar. Olymp. IV, 20; Aristoph. Lysistr. 484, complures alii de argumento.

II. Soph. Oed. reg. 603, al. de documento.

III. Dionys. Halic. epist. ad Pomp. I, 9 de opprobrio.

In litteris Latinis,

in quibus vox elenchus primo demum p. Chr. n. saeculo invenitur, discernendae sunt tres significationes, quarum una cum scriptorum Graecorum usu convenit; est enim

I. argumentationis genus quoddam. Huius notionis non prius quam sexto p. Chr. n. saeculo testimonium exstat apud Boethium II, prior. analyt. interpr. 20: »Quare, si, id quod positum est, contrarium sit conclusioni, necesse est fieri elenchum, nam elenchus syllogismus contradictionis est.« de interpr. edit. secund. 2, p. 460. (Migne): »Sophistici elenchi.«

Romanorum propriae videntur fuisse vocabuli significationes altera et tertia:

II. Index libri intellegendus est apud Sueton. de gramm. et rhetor. 8 extr. R.: »M. Pompilius [Andronicus]...... adeo inops atque egens [fuit], ut coactus sit praecipuum illud * opusculum suum annalium Enni elenchorum sedecim milibus nummum cuidam vendere« et in lemmatis a librariis quibusdam primo libro nat. hist. Plini praepositis (I, p. 17 Sillig): »Incipit historiarum mundi elencorum librorum omnium XXXVII liber unus, qui primus.« R. »Incipit historiarum mundi elenchorum librorum XXXVII.« b. »C. Plinii Secundi historiarum mundi

elenchos librorum omnium XXXVII liber unus, qui primus.« codd. Barbari.

III. Tertia notio spectat ad margaritas, ornamentum muliebre, cf. Plin. nat. hist. IX, 35, 56, 113: »Elenchos appellant fastigata longitudine alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere et binos ac ternos auribus feminarum gloria est.« Paul. dig. XXXIV, 2, 32, 8: »Cum inaures, in quibus duae margaritae elenchi et smaragdi duo, legasset et postea elenchos eisdem detraxisset et quaereretur, an nihilo minus detractis elenchis inaures deberentur: respondit deberi, si maneant inaures, quamvis margarita eis detracta sint.«

De hac vocabuli elenchi significatione, quae est Iuvenalis quoque loco, egerunt Böttiger: Sabina II, 156: »Elenchen, Respektperlen. Plin. sagt in der Hauptstelle darüber, sie verträten bei den Frauen, die sie an den Ohren trügen, die Stelle des Liktors, der vor den Vestalinnen herzutreten pflegte: ‚Lictorem feminae in publico unionem esse.' Eine Hauptstelle über diese aus drei Glockenperlen bestehenden Girandolen ist in den Dig. 34, 2, 32, 8, woraus man sieht, dass man unter die Perlen Smaragden mischte. Natürlich nahm man in der Folge statt der kostbaren Perlen öfter Steine oder kleine Metallkügelchen und nannte diese Ohrgehenke crotalia« et Bluemner: Gewerbe und Künste II, 380: »Die birnförmigen [Perlen heissen] elenchi.«

Quomodo factum sit, ut margaritis hoc nomen inderetur, cognoscitur ex vocis elenchus significatione apud Suetonium et Plinii librarios obvia (II) et ex nomine Latino, quo eas appellatas esse Probus ap. schol. Vallae testis est (titulati). Mulieres enim iis margaritis ornatae quasi indicem quendam dignitatis suae ostentabant, i. e. in auribus gerebant insigne, quo earum auctoritas atque amplitudo omnibus hominibus in aperto esset; adhibe etiam Gloss. Graeco-Lat. p. 55. Vocabulum elenchi ex sermone cotidiano in Iuvenalis saturas abisse vix est quod moneam.

β) Perverse intellectum est nomen Psecas.

Psecas [ψεκάς].

VI, 490—495:

»Disponit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda umero Psecas infelix nudisque mamillis.
,Altior hic quare cincinnus?' taurea punit
Continuo flexi crimen facinusque capilli.
Quid Psecas admisit? quaenam est hic culpa puellae,
Si tibi displicuit nasus tuus?«

Schol. ad VI, 491: »Psecazin Graece dicunt, quando minutum sive rarum pluit; ornatrices igitur componentes rarum ac parvum aquae solent mittere ac velut psecazin; ergo nominis etymologiam ab arte sumpsit.«

In litteris Graecis

vocabulo ψεκάς sive ψακάς significatur gutta stillatim cadens apud Aesch. Agam. 1389 et 1536 (1496; 1534). Soph. frgm. 563 Dind. (ap. Cic. ad Attic. II, 7, 4). Hdt. III, 10, extr. Arist. de mundo c. 4 (I, p. 394a, 30): »Ἡ τοῦ νέφους θλῖψις ἠπία . . . . οὖσα μαλακὰς ψακάδας διασπείρει.«

Proverb. Graec. (Paroemiogr. Graec. II, Apost. XVIII, 52): »Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσαι λιμνάζουσιν ὕδατα« [ἐπὶ τῶν κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὰ μείζω χωρούντων]. Adde Schol. ad Aristoph. Ach. 1150 s. v. Ἀντίμαχον et Suid. s. v. Ἀντίμαχος et s. v. Ψεκάς.

Ex scriptoribus Latinis

praeter hunc Iuven. locum vocabulum Graecum Psecas exhibent Caelius ap. Cic. et Ovidius.

I. Caelius ap. Cic. epist. ad famil. VIII, 15, 2: »Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum Psecade natus in hoc habuit.«

II. Ovid. metam. III, 172:

. . . »doctior illis [nymphis]
Ismenis Crocale sparsos per colla capillos
Colligit in nodum, (quamvis erat ipsa solutis).
Excipiunt laticem Nepheleque Hyaleque Rhanisque
Et Psecas et Phiale funduntque capacibus urnis«,

quo loco Psecas appellatur nympha ex Dianae deae comitibus.

III. Adde duas Inscriptiones:

a) Inscr. ap. Reines. class. I, nr. 89: »Vene sacrum Cassia I. L. Psechas.«

b) Inscr. ap. Gudium 211, 2 Romae extra porta Flaminiam in hortis della Valle IOC [DC], 5: »Arcelau Psecas de porticu.« Viro igitur nomen Psecas est.

De vocabulo Psecas Böttiger: Sabina I, p. 123 scholi astam Iuven. secutus haec disserit: »Während Kalamis di Haare zu kräuseln bemüht ist, spritzt Psecas mit eine Fertigkeit, die nur durch lange Übung erhalten werde konnte, die überall aufgelösten und aufgelockerten Haare mi dem kostbarsten Nardenöle und den wohlriechendsten orien talischen Essenzen ein, um ihnen für den ganzen Tag eine süssen Ambrosiaduft einzuhauchen.« p. 145: »Psecade heissen die Mädchen, die die Salben mit einer für un völlig verloren gegangenen Kunst aus dem Munde in den feinsten Staubregen über die Haare spritzten.« Hac de finitione omnes viri docti, quantum video, acquieverunt Sed eam esse falsam ex dilucida locorum, quibus vo Psecas legitur, explanatione facile apparet.

Mihi, quomodo Psecas illa Iuvenaliana sit explicanda videtur erui posse locis illis apud Ovid. (II) et Cael. (l accuratius perspectis ac collatis.

Ovidius ancillis, quas Dianae dominae servientes faci imponit nomina, quae ad balnea spectant et ad ea, qua in balneis fiunt; habemus Nephelen, Hyalen, Rhaniden Phialen, inter has est etiam Psecas, i. e. ea famula, qua guttas fundit et ipsa vocatur Gutta. Hoc ab Ovidi ipso potest excogitatum esse, veri autem simile non es ut ex illo Caelii loco elucet. Hic Venere prognatu — C. Iulium Caesarem — et e Psecade natum - Bellienum Aenobarbum, Domitii vernam — inter se con parat. Utitur igitur vocabulo Psecas ad ancillam s gnificandam et, cum Venere prognato opponat e Psecad natum, sequitur, ut Psecadem intellegat deae alicuiu fortasse Veneris ipsius, famulam. Quin his verbis design verit carmen epicum illo tempore notum, in quo Venus de

et Psecas ancilla agentes inductae erant, vix dubitem. Quae res si ita est, nomen Psecas bis a scriptoribus Latinis est inditum nymphae, deae alicuius ministrae. Posteriore autem aetate Psecas videtur saepe ancillarum nomen fuisse, ut ex Inscr. illa (III, a) colligi potest, et in eandem sententiam, nisi omnia me fallunt, Iuvenalis loco nominis usus interpretandus est.

Haec habui, quae de compluribus vocibus Graecis dicerem. Sed, ut totius quaestionis speciem ac formam adumbrem, omnes Iuvenalis voces Graecas locis adiectis secundum certa genera dispositas enumerabo. Quam divisionem fore omnibus numeris absolutam non recipio neque spondeo; nam ut hoc effici possit, unumquodque vocabulum Graecum diligenter elaboratum eodem modo, quo supra in compluribus vocibus ostendi, pertractandum est.

Capitis primi pars posterior: Nominum Graecorum et appellativorum et propriorum, quae in Iuvenalis saturis leguntur, divisio.

A. Nomina appellativa Graeca.[1])

Qui universum vocabulorum Graecorum, quae in Iuvenalis saturis inveniuntur, numerum oculis perlustraverit, statim intelleget

partem eorum multo maiorem fuisse

vel apud omnes Latinos vel apud homines politioris humanitatis illo tempore usitatam,

aliquanto pauciores esse voces, quae

reconditiorem eruditionem sapiant.

---

[1]) In hoc genere enumerantur omnes voces Graecae, quae non sunt nomina propria Graeca; quae nomina appellativa Latina ego ex lingua Graeca esse sumpta puto, ea omnia iam Weise l. l. esse Graecae originis demonstravit.

Illa igitur priore loco certis quibusdam generibus distinctis poni consentaneum est. Sed ne quis putet me falso multa vocabula Graeca pro pervagatis atque illa aetate vulgaribus habere, moneo in hoc genere a me enumerari,

et quae a vulgo usurpabantur,
et quae a ludi magistro et in rhetorum scholis discebantur,
et quae ex politorum sive Graecorum sive Latinorum studiis plerumque hauriebantur.

AA. Vocabula Graeca e sermone cotidiano depromta.

I. Res naturales.

1. Bestiae.

Ballaena [φάλλαινα] (X, 14), castor [κάστωρ] (XII, 34), ***cercopithecus***[1]) [κερκοπίθηκος] (XV, 4) {p. 69, c, β, med.}[2]), delphinus [δελφίς] (VI, 590 {p. 66, b, α, ββ}. X, 14), elephantus [ἐλέφας] (X, 150. XII, 102), ***leo*** [λέων] (VII, 76. ***VIII, 36.*** XIV, 247. XV, 160; 161), ***oryx*** [ὄρυξ] (XI, 140) {p. 63, 3, a, α, extr.}, ***pardus*** [πάρδος] (***VIII, 36.*** XI, 123 {p. 67, b, α, ββ}), ***pygargus*** [πύγαργος] (XI, 138) {p. 63, a, α, extr.}, ***rhinoceros*** [ῥινοκέρως] (VII, 130) {p. 65, ε}, ***tigris*** [τίγρις] (VI, 270. ***VIII, 36.*** XV, 163, bis).

Cycnus [κύκνος], (VI, 165), ibis [ἶβις] (XV, 3) {p. 69, c, β, p. med.}, ***phoenicopterus*** [φοινικόπτερος] (XI, 139) {p. 63, 3, a, α, extr.}.

Crocodilus [κροκόδειλος] (XV, 2) {p. 69, c, β, med.}.

Gobio [κωβιός] (XI, 37) {p. 63, 3, a, α, extr.}, ***mullus*** [μύλλος] (IV, 15. V, 92. VI, 40. XI, 37) {ibid.}, murena [μύραινα] (V, 99) {ibid.}, pelamys [πηλαμύς] (VII, 120) {ibid.}, ***rhombus*** [ῥόμβος]

[1]) ***Obliquis litteris pinguibus*** expressi vocabula Graeca, quibus res Iuvenalis praecipue aetate usitatae et apud poetae aequales gratiosae significantur.

[2]) {} His uncis usus sum, ut significem, quibus aliis huius divisionis generibus multa vocabula adscribi possint.

(IV, 39; 68; 119; 129. XI, 121) {ibid.}, silurus [σίλουρος] (IV, 33. XIV, 132) {ibid.}.

Cammarus [κάμμαρος] (V, 84) {ibid.}, concha [κόγχη] (VI, 304; 419) {p. 65, ε, in.}, *conchylia* [κογχύλια] (III, 81. VIII, 101) {p. 64, δ, med.}, echinus [ἐχῖνος] (IV, 143) {p. 63, 3, a, α, extr.}, ostrea [ὄστρεα] (IV, 142. VI, 302. VIII, 85. XI, 49) {ibid.}, purpura [πορφύρα] (I, 106 {p. 69, c, α, extr.} et VII, 134; 135 et XI, 155 et XIV, 188 {p. 64, δ, p. med.}), purpureus [purpura] (IV, 31 {p. 69, c, α, extr.} et XII, 39 {p. 64, δ, p. med.}), squilla [σκίλλα] (V, 81) {p. 63, 3, a, α, extr.}.

†Cera[1]) [κηρός] (I, 63 et IV, 19 et XIV, 29; 191 {p. 68, β, αα, extr.}. VII, 238. IX, 149. XII, 88. VIII, 19 {p. 66, b, α, ββ}).

Bombycinus [βομβύκινος] (VI, 260) {p. 64, δ, p. med.}.

Coccinus [κόκκινος] (III, 283) {ibid.}.

2. Plantae.

Aconita [ἀκόνιτα] (I, 158. VI, 639. VIII, 219. X, 25) {p. 63, 3, a, α, extr.}, aloe [ἀλόη] (VI, 181) {II, 2}, *amomum* [ἄμωμον] (IV, 108. VIII, 159) {p. 65, δ, extr.}, asparagus [ἀσπάραγος] (V, 82. XI, 69) {p. 63, 3, a, α, extr.}, boletus [βωλίτης] (V, 147. VI, 621. XIV, 8) {ibid.}, bulbus [βολβός] (VII, 20) {ibid.}, buxus [πύξος] (XIV, 194) {p. 65, ζ}, calamus [κάλαμος] (VII, 27) {p. 68, β, αα}, canna [κάννη] (V, 89) {p. 66, η, extr.}, charta [χάρτης] (I, 18 {p. 68, β, αα, extr.}. XIII, 116), *conchis* [κόγχος] (III, 293. XIV, 131) {p. 63, 3, a, α, extr.}, *cottona* [κόττανα] (III, 83) {ibid.}, crambe [κράμβη] (VII, 154) {p. 68, β, αα, med.}, crocus [κρόκος] (VII, 208), croceus [crocus] (VII, 23, oleum [ἔλαιον] (VII, 99) {p. 65, ζ, extr.}, oliva [ἐλαία] (XIII, 99. XIV, 144), *opobalsamum* [ὀποβάλσαμον] (II, 41) {{p. 65, δ, extr.}, papyrus [πάπυρος] (IV, 24 {p. 64, δ, in.}. VII, 101 {p. 68, β, αα, extr.}),

---

[1]) Cruce appicta (†) instruxi voces Graecas, quae ad vitam hominum politioris potissimum humanitatis videntur pertinere.

piper [πέπερι] (XIV, 293) {p. 63, 3, a, α, extr.}, platanus [πλάτανος] (I, 12), *resinatus* [resina, ῥητίνη] (VIII, 114) {p. 64, β, extr.}, tus [θύος] (IX, 137. XII, 90. XIII, 116) {p. 69, c, β, in.}.

3. Lapides et similia.

Adamans [ἀδάμας] (VI, 156) {p. 65, δ, extr.}, *amethystina* [ἀμεθύστινα] (VII, 136) {p. 64, δ, in.}, argilla [ἄργιλλος] (IV, 134), †berullus [βήρυλλος] (V, 38) {p. 65, |δ, extr.}, *crystallina* [κρυστάλλινα] (VI, 155) {p. 65, ε, in.}, †cylindrus [κύλινδρος] (II, 61) {ibid., δ, extr.}, *electrum* [ἤλεκτρον] (XIV, 307) {ibid.}, *gypsum* [γύψος] (II, 4) {p. 66, b, α, ββ}, marmor [μάρμαρος] (I, 12. III, 20; 205; 215. VI, 430. IX, 104, XIV, 90; 95) {p. 66, b, α, αα, in. et p. 67, ββ}, marmoreus [marmor] (IV, 112. VII, 80. VIII, 55; 230. XIII, 115) {ibid.}, *massa* [μᾶζα] (VI, 421 {p. 68, α, δδ, extr.}. X, 130), metallum [μέταλλον] (XIII, 30), *murrina* [μόρρια] (VI, 156. VII, 133) {p. 65, ε}, sarcophagus [σαρκοφάγος] (X, 172) {p. 63, 1, extr.}, *sardonyx* [σαρδόνυξ] (VI, 382. VII, 144. XIII, 139) {p. 65, δ, extr.}, scopulus [σκόπελος] (X, 153 {p. 62, 4, extr.}. X, 170 et XIII, 246 {ibid., med.}).

4. Venti, maria, terrae formae.

Aer [ἀήρ] (VI, 99; 306. X, 50. XIII, 169), aura [αὔρα] (XII, 66), eurus [εὖρος] (X, 180. XI, 119. XII, 63. XIV, 186)

Pelagus [πέλαγος] (I, 135. VI, 90. VII, 33. XII, 17; 64 77. XIV, 277), scopulus {p. 62, 3}; bracchia [βραχίονες] (XII 76) {ibid., II, 1, in.}.

Antrum [ἄντρον] (I, 8. IV, 21 {p. 65, ζ, in.}. VI, 328 VII, 59. XIII, 41), spelunca [σπῆλυγξ] (III, 17. VI, 3; 59) scopulus {p. 62, 3}.

II. Homines.

1. Corpus.

Bracchia (II, 11. IV, 89. VI, 421. XII, 76 {p. 62, 4, med. XIII, 45. XV, 170), coma [κόμη] (II, 15; 96. VI, 496. IX, 18 XI, 189), *priapus* [πρίαπος] (II, 95) {p. 65, ε, med.}, stomachus [στόμαχος] (III, 234. IV, 67. V, 49. VI, 100. XI, 128).

†Blaesus [βλαισός] (XV, 48), *orexis* [ὄρεξις] (VI, 428. XI, 127) {p. 49 sq.; p. 63, 3, a, α, a. med.}, poppysma [πόππυσμα] (VI, 584), sanna [σάννας] (VI, 306) {p. 67, δδ, in.}, sipho [σίφων] (VI, 310).

Ζωὴ καὶ ψυχή (VI, 195) {p. 53 sq.; p. 64, β, extr.}.

Cacoethes [κακόηθες] (VII, 52) {p. 63, 2}, cardiacus [καρδιακός] (V, 32), ictericus [ἰκτερικός] (VI, 565), nauseo [ναυτιῶ] (VI, 433) {p. 66, η, extr.}, phrenesis [φρενῖτις] (XIV, 136), phthisis [φθίσις] (XIII, 95), podagra [ποδάγρα] (XIII, 96).

Collyria [κολλύρια] (VI, 579). Sarcophagus {p. 62, 3}.

2. Animus.

Aloe {p. 61, 2}, barbarus [βάρβαρος] (III, 66. VI, 158. X, 138; 181. XV, 46), cacoethes {p. 63, 1, a. extr.}, hilaris [ἱλαρός] (XI, 178. XII, 65. XIII, 52. XV, 41), zelotypus [ζηλότυπος] (V, 45. VIII, 197) {p. 64, β}, zelotypa (VI, 278) {ibid.}.

Γνῶθι σεαυτόν (XI, 27), {p. 52 sq.; p. 68, β, δδ}.

3. Vita.

a) Quae ad victum cultumque pertinent.

α) Victus et similia.

Archimagirus [ἀρχιμάγειρος] (IX, 109) {p. 39—41; p. 64, γ}, *artopta* [ἀρτόπτης] (V, 72) {p. 64, γ}, *chironomon* [χειρονομῶν] (V, 121) {ibid. et p. 43—47}; parasitus [παράσιτος] (I, 139. V, 145. XIV, 46).

Epimenia [ἐπιμήνια] (VII, 120) {cf. p. 20—22}, macellum [μάκελλον] (V, 95. VI, 40. XI, 10; 64) {p. 66, b, α, αα, p. in.}, †obsonia [ὀψώνια] (IV, 64. XI, 134), orexis {p. 63, 1, p. in.}, placenta [πλακοῦς] (XI, 59), tomacula [τομή] (X, 355).

Nectar [νέκταρ] (XIII, 44), propino [προπίνω] (V, 127), pytisma [πύτισμα] (XI, 175). Accedunt ex

I, 1, p. 60 sq.: Oryx, pygargus; phoenicopterus; gobio, mullus, murena, pelamys, rhombus, silurus; cammarus, echinus, ostrea, squilla.

I, 2, p. 61 sq.: Aconita, asparagus, boletus, bulbus, conchis, cottona, piper.

β) Res venereae.

Cinaedus [κίναιδος] (II, 10. IV, 106. IX, 37 {cf. p. 52}. XIV, 30), ephebus [ἔφηβος] (II, 164. X, 306), eunuchus [εὐνοῦχος] (VI, 366; 378. XII, 35), moechus [μοιχός] (I, 55. II, 27. VI, 24; 42; 100; 464; 465. IX, 25. X, 220; 317. XIV, 26; 30), moecha (II, 68. VI, 278), paelex [πάλλαξ] (II, 57. VI, 272; 627), pathicus [παθικός] (II, 99. IX, 130), resinatus {p. 62, 2, extr.}, spado [σπάδων] (I, 22. VI, 376. XIV, 91), zelotypus et zelotypa {p. 63, 2}.

Ζωὴ καὶ ψυχή {p. 63, 1, med.}.

γ) Servi.

Aliptes [ἀλείπτης] (III, 76. VI, 422) {p. 68, b, α, δδ, p. med.}, archimagirus et artopta et chironomon {p. 63, 3, a, α, in.}, ***cosmetae*** [κοσμηταί] (VI, 477) {p. 19 sq.; p. 64, δ}, †nanus [νᾶνος] (VIII, 32) {p. 68, b, α, δδ, ante extr.}.

Colaphus [κόλαφος] (IX, 5), ergastula [ἐργάζομαι] (VI, 151. VIII, 180. XIV, 24) {p. 66, η, med. et b, α, αα, in.}, stigma [στίγμα] (X, 183) {p. 66, η, a. extr.}.

δ) Vestimenta et ornamenta.

Cosmetae {p. 64, γ}.

Amethystina {p. 62, 3} †cyclas [κυκλάς] (VI, 259), ***endromis*** [ἐνδρομίς] (III, 103. VI, 246), paenula [φαινόλης] (V, 79), papyrus {p. 61, 2}, ***xerampelinae*** [ξηραμπέλιναι] (VI, 519) {cf. p. 33—35}.

Aulaea [αὐλαῖαι] (X, 39) {p. 67, δδ, p. in.}, cothurnus [κόθορνος] (VI, 506. VI, 634 et VII, 72 et XV, 29 {ibid.}), syrma [σύρμα] (VIII, 229. XV, 30) {ibid.}, ***trechedipna*** [τρεχέδειπνος] (III, 67) {ibid. et p. 27—29}.

Abolla [ἀβόλλα] (III, 115. IV, 76) {p. 69, c, γ, in.}, chlamys [χλαμύς] (VIII, 101) {ibid.}, thorax [θώραξ] (V, 143) {ibid.}.

Ad haec genera pertinent ex p. 61, 1: Conchylia, purpura, purpureus; bombycinus, coccinus.

Diadema [διάδημα] (VIII, 259. XIII, 39; 105) {p. 69, c, α, extr.}, ***elenchus*** [ἔλεγχος] (VI, 459), {cf. p. 54—56}, †mitra [μίτρα] (III, 66), ***niceteria*** [νικητήρια] (III, 68)

p. 22 sq. et p. 68, b, α, δδ, extr.}, phalerae [φάλαρα] (XI, 103. XVI, 60) {p. 69, c, γ, in.}, tiara [τιάρα] (VI, 516. X, 267).

Amomum et opobalsamum {p. 61, 2}.

Huc spectant ex p. 62, 3: Adamans, berullus, cylindrus, electrum, sardonyx.

ε) Vasa et receptacula.

Cantharus [κάνθαρος] (III, 205), concha {p. 61, 1, p. med.}, crater [κρατήρ] (II, 87 {p. 69, c, β, in.} XII, 44), crystallina {p. 62, 3}, cyathus [κύαθος] (V, 32. IX, 47. XIII, 44), lagona [λάγυνος] (V, 29. VII, 121. VIII, 162. XII, 60. XIV, 271), murrina {p. 62, 3}, †oenophorum [οἰνοφόρον] (VI, 426. VII, 11), paropsis [παροψίς] (III, 142), †phiala [φιάλη] (V, 39), priapus {p. 62, II, 1, in.}, pyxis [πύξις] (II, 141. XIII, 25), rhinoceros {p. 60, I, 1, p. in.}, scaphium [σκάφιον] (VI, 264).

Calathus [κάλαθος] (II, 54), canistra [κάνυστρα] (V, 74), cista [κίστη] (III, 206. VI, 44. VII, 11), cophinus [κόφινος] (III, 14. VI, 542) {p. 69, c, β, extr.}, metreta [μετρητής] (III, 246), saccus [σάκκος} (XIV, 269) {p. 65, η, a. med.}, sacculus (XI, 27. XIV, 138) {ibid.}, zona [ζώνη] (XIV, 297) {ibid.}.

ζ) Reliqua supellex.

Abacus [ἄβαξ] (III, 204), antrum {p. 62, 4, extr.}, buxus {p. 61, 2}, cathedra [καθέδρα] (I, 65. VI, 91. VII, 47. VII, 203 {p. 68, β, αα, a. extr.}. IX, 52), †conopeum [κωνωπεῖον] (VI, 80).

Lampas [λαμπάς] (III, 285. VI, 138), lanterna [λαμπτήρ] (V, 88), oleum {p. 61, 2}.

η) Commercium.

Cerdo [κέρδων] (IV, 153. VIII, 182), latro [λάτρις] (X, 22. XIII, 145), mandra [μάνδρα] (III, 237), trutina [τρυτάνη] (VI, 437).

Chirographa [χειρόγραφα] (XIII, 137. XVI, 41), nummus [νόμισμα] (I, 48; 114. III, 143. V, 136. VI, 364; 646. VII, 140. VIII, 101; 130. X, 319. XI, 19. XIII, 25; 94; 131. XIV, 139; 260. XVI, 40), talenta [τάλαντα] (XIV, 274); saccus et sacculus et zona {p. 65, ε, extr.}.

Ergastula {p. 64, γ, a. extr.}, poena [ποινή] (I, 142. III, 279. VI, 478; 537. VIII, 268. X, 84; 187; 243; 287; 312. XIII, 52; 90; 175; 196; 208; 247. XV, 129), stigma {p. 64, γ, extr.}.

Nauta [ναύτης] (VI, 101; 154. VIII, 174. XII, 82), pirata [πειρατής] (VIII, 94); aplustre [ἄφλαστον] (X, 136), canna {p. 61, 2}, cumba [κύμβη] (IV, 45. XII, 80), naulum [ναῦλον] (VIII, 97) {p. 47—49}, nauseo {p. 63, 1, a. extr.}, prora [πρῷρα] (V, 89. X, 186. XII, 69).

b) Quae ad mentem referenda sunt.

α) Artes.

αα) Ars aedificandi.

Marmor et marmoreus {p. 62, 3}.

Aula [αὐλή] (IV, 93. VI, 486) {p. 69, c, α, med.}; caminus [κάμινος] (X, 61. XIV, 118).

Colossus [κολοσσός] (VIII, 230) {p. 66, b, α, ββ}, crepido [κρηπίς] (V, 8), crypta [κρύπτη] (V, 106), ergastula {p. 64, γ, extr.}, labyrinthus [λαβύρινθος] (I, 53), macellum {p. 63, 3, a, α, p. in}, pharus [φάρος] (XII, 76), *proseucha* [προσευχή] (III, 296) {p. 25—27; p. 69, c, β, extr.}, turris [τύρρις] (VI, 291. X, 106. XII, 110. XV, 158).

Anabathra [ἀνάβαθρα] (VII, 46) {p. 32 sq.; p. 67, δδ, med.}, orchestra [ὀρχήστρα] (III, 178 {p. 69, c, α}. VII, 47 {p. 67, δδ, med.}), pegma [πῆγμα] (IV, 122) {ibid.}, podium [πόδιον] (II, 147) {ibid.}, scaena [σκηνή] (VIII, 118; 220) {ibid.}, theatrum [θέατρον] (III, 173. VI, 68. X, 128; 213. XI, 4. XIV, 256) {ibid.}.

Balnea [βαλανεῖα] (I, 143. VI, 375; 419. VII, 131; 178; 233. XI, 156; 204) {p. 68, α, δδ, extr.}, balneolum (VII, 4) {ibid.}, gymnasium [γυμνάσιον] (III, 115) {ibid.}, petaurum [πέταυρον] (XIV, 265) {ibid.}, thermae [θερμά] (VII, 233. VIII, 168. XI, 4) {ibid.}.

ββ) Ars fingendi.

Archetypus [ἀρχέτυπος] (II, 7), cera {p. 61, 1, extr.}, colossus {p. 66, b, α, ββ, in.}, delphinus {p. 60, I, 1, in.}, gypsum {p. 62, 3}, herma

ἑρμῆς] (VIII, 53), marmor et marmoreus {p. 62, 3}, pardus p. 60, I, 1, p. in.}, *stemma* [στέμμα] (VIII, 1; 40).

γγ) Ars musica.

†Choraules [χοραύλης] (VI, 77) {p. 67, δδ, med.}, citharoedus [κιθαρῳδός] (VI, 76. VII, 212. VIII, 198. X, 211) {ibid.}, comoedus [κωμῳδός] (III, 94. VI, 73; 396) {ibid.}, comoeda adi.] (III, 100) {ibid. et p. 18 sq.}, psaltria [ψάλτρια] (VI, 337) ibid.}, tragicus [τραγικός] (II, 29. VI, 643. XII, 120. XV, 31) ibid.}, tragoedus [τραγῳδός] (VI, 74; 396) {ibid.}.

Comoedia [κωμῳδία] (V, 157) {ibid. med.}, exodium [ἐξόδιον] (III, 175. VI, 71) {ibid.}, chorus [χορός] (VI, 512. XI, 163).

Chorda [χορδή] (III, 63. VI, 382. XV, 5) {ibid.}, cithara [κιθάρα] (VI, 391. VIII, 230) {ibid.}, cymbala [κύμβαλα] (IX, 62) {ibid. et p. 69, c, β, p. in.}, organa [ὄργανα] (VI, 380), plectrum [πλῆκτρον] (VI, 384) {p. 67, δδ, p. med.}, sistrum [σεῖστρον] (XIII, 93) {p. 69, c, β, p. med.}, tympana [τύμπανα] (III, 64. VI, 515 et VIII, 176 {ibid., p. in.}).

δδ) Ars scaenica et gymnastica.

Chironomos [χειρονόμος] (VI, 63) {cf. p. 43—47}, mimus [μῖμος] (VIII, 198 {cf. etiam infra}; V, 157. VI, 608. XIII, 110), sanna {p. 63, 1, a. med.}.

Aulaea (VI, 67. X, 39 {p. 64, δ, in.}. XIV, 263), siparium [σίφαρος] (VIII, 186), thyrsus [θύρσος] (VI, 70. VII, 60 {p. 68, β, γγ, extr. et p. 69, c, β, p. in.}).

Accedunt ex

p. 64, δ: Cothurnus, syrma, trechedipna.

p. 66, b, α, αα: Anabathra, orchestra, pegma, podium, scaena, theatrum.

p. 67, γγ: Choraules, citharoedus, comoeda, comoedus, psaltria, tragicus, tragoedus; comoedia, exodium; chorda, cithara, cymbala, plectrum.

Aliptes {p. 64, γ, in.}, athletes [ἀθλητής] (VI, 356), chironomon {p. 63, 3, a, α, in.}, mimus {vid. supra}, nanus {p. 64, γ, med.}, *schoenobates* [σχοινοβάτης] (III, 77) {cf. p. 50 sq.}.

Ceroma [κήρωμα] (VI, 246), colyphia [κωλύφια] (II, 53).

Massa {p. 62, 3}, niceteria {p. 64, δ, a. extr.}, *spira* [σπεῖρα] (VIII, 208).

Huc referenda sunt ex p. 66, b, α, αα: Balnea, balneolum, gymnasium, petaurum, thermae.

β) Litterae.

αα) Ars grammatica et similia.

Grammaticus [γραμματικός] (III, 76. VI, 438. VII, 216).

Alpha [ἄλφα] (XIV, 209), *beta* [βῆτα] (ibid.).

Historia [ἱστορία] (II, 103. VI, 450. VII, 98; 231. X, 175), historicus [ἱστορικός] (VII, 104); crambe {p. 61, 2}.

Cathedra {p. 65, ζ}.

Calamus et charta et papyrus {p. 61, 2}.

Cera {p. 61, 1, extr.}, epistula [ἐπιστολή] (IV, 149. X, 71. XVI, 5).

ββ) Ars rhetorica.

Pragmaticus [πραγματικός] (VII, 123), rhetor [ῥήτωρ] (I, 44. III, 76. VI, 438. VII, 197; 198; 217. X, 132. XV, 112), rhetoricus [ῥητορικός] (VII, 173).

Enthymema [ἐνθύμημα] (VI, 450), prooemium [προοίμιον] (III, 288), soloecismus [σολοικισμός] (VI, 456).

γγ) Ars poetica.

Aretalogus [ἀρεταλόγος] (XV, 16) {p. 41—43}, poeta [ποιητής] (I, 14. III, 9. VII, 3; 78. XIV, 206), poeticus [ποιητικός] (XII, 23).

Aenigma [αἴνιγμα] (VIII, 50), †elegi [ἔλεγοι] (I, 4), poema [ποίημα] (X, 124); thyrsus {p. 67, δδ}.

δδ) Philosophia.

Cynicus [κυνικός] (XIII, 121; 122. XIV, 309), sophistes [σοφιστής] (VII, 167), stoicus [στωϊκός] (III, 116. XIII, 121. XV, 109); dogma [δόγμα] (XIII, 121).

Γνῶθι σεαυτόν {p. 63, 2, extr.}.

εε) Astrologia et ars mathematica.

'ologus [ἀστρολόγος] (VI, 554), mathematicus [μαθη- (VI, 562. XIV, 248); astrum [ἄστρον] (III, 43. VI, 570; 313), cometes [κομήτης] (VI, 407), *ephemeris* [ἐφημερίς] 4), *genesis* [γένεσις] (VI, 579. XIV, 248); hora [ὥρα] }; 577; 581. VII, 222. X, 76; 216. XI, 205. XVI, 4). metres [γεωμέτρης] (III, 76).

c) Quae ad rem publicam spectant.

α) Res publica ipsa.

ɔarches [ἀλαβάρχης] (I, 130), tyrannus [τύραννος] (IV, 86. 1. VIII, 261. X, 113; 162; 307), tyrannis [τυραννίς] '23).

ι et orchestra {p. 66, b, α, αα}.

lema {p. 64, δ, a. extr.}, purpura et purpureus 1, extr.}, sceptrum [σκῆπτρον] (X, 43).

β) Deorum cultus.

lum [ἄσυλον] (VIII, 273), crater {p. 65, ε, in.}, heca- ;κατόμβη] (XII, 101), incero [cera, κηρός] (X, 55), tus 2}; thyrsus {p, 67, δδ, p. in.}, cymbala et tympana γγ, extr.}.

;opithecus et ibis et crocodilus {p. 60, I, 1, med.}; ' [πόπανον] (VI, 541) {cf. p. 23—25}, sistrum {p. 67, .}.

ɔinus {p. 65, ε, a. extr.}, proseucha {p. 66, b, α, αα, sabbata [σάββατα] (VI, 159. XIV, 96).

us [μάγος] (III, 77).

γ) Res militaris.

lla et chlamys et thorax {p. 64, δ, med.}; phalanx (II, 46); phalerae {p. 65, δ, a. extr.}; pompa [πομπή]), triumphus [θρίαμβος] (IV, 125. VI, 169. VII, 201. 7. XI, 194), triumphalis [triumphus] (I, 129. VIII, 144), m [τρόπαιον] (X, 133).

His vocibus Graecis allatis ac dispositis enumeranda sunt ea nomina appellativa Graeca, quorum usu Iuvenalis

reconditioris cuiusdam doctrinae speciem

videtur affectare.

Talia vocabula Graeca

BB. ex litteris

sumpta esse putandum est. Quamquam potest dubitari, an poeta ex studiis ad hoc factis ea mutuatus non sit, tamen illa vix aliunde hausit; atque addam, ex quibus locis dubia quaedam vocabula Graeca ab Iuvenale in saturas recepta esse existimem.

Ac primum quidem

a) ex litteris Graecis

solam vocem Graecam

acersecomes [ἀκερσεκόμης] (VIII, 128) {cf. p. 17 sq.}

et enuntiatum Graecum

Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος (IX, 37) {p. 52 et p. 98, III, 1, a} poeta videtur deprompsisse.

Vocabula Graeca multo plura in Iuven. saturas abierunt

b) ex litteris Latinis:

α) ex poesi.

Hydrus [ὕδρος] (VII, 70) {vide p. 98, III, 1, b}; calamus [κάλαμος] (XIII, 80) {nisi apud poetas non invenitur} corymbus [κόρυμβος] (VI, 52); iaspis [ἴασπις] (V, 42) {vide p. 98, III, 1, b}.

Laena [χλαῖνα] (III, 283. V, 131. VII, 73) {Verg. Aen. IV 262 et Serv. ad h. l.}.

Pharetra [φαρέτρα] (VI, 138. XIII, 80), pharetratus [pharetra] (II, 108).

Contus [κοντός] (II, 150) {vide p. 98, III, 1, b}, cumba [κύμβη] (II, 151) {vide ibid.}, phaselus [φάσηλος] (XV, 127), porthmeus [πορθμεύς] (III, 266) {Petron. 121, 117}; strangulo [στραγγαλῶ] (X, 13) {Ovid. trist. V, 1, 63}.

Aula [αὐλή] (V, 138) {vide p. 98, III, 1, b}.

Bacchor [βακχεύω] (VI, 636) {Verg. Aen. VI, 78. Stat. silv. I, 2, 258}, euhoe [εὐοῖ] (VII, 62) {Hor. carm. II, 19, 5; 7}.

Maenas [μαινάς] (VI, 317), oestrus [οἶστρος] (IV, 123) {per translationem, ut h. l. Iuven., nisi in poesi elatiore non legitur}, orgia [ὄργια] (II, 91) {ante Iuvenalem nisi apud poetas nusquam reperitur}.

Adytum [ἄδυτον] (XIII, 205) {apud solos poetas elatioris generis dicendi invenitur}.

Hippomanes [ἱππομανές] (VI, 133), magicus [μαγικός] (VI, 610. XV, 5) {in poesi sola exstat}, philtra [φίλτρα] (VI, 611) {Laev. erotopaegn. frgm. 10 M. Ovid. art. am. II, 105; 106}.

β) ex prosa oratione.

Acoenonoetus [ἀκοινονόητος] (VII, 218) {cf. Cic. ap. Gell. XII, 12, 4}.

CC. Nomina appellativa Graeca quae Iuvenalis ipse videtur formavisse.

Ceromaticus [ceroma κήρωμα] (III, 68) {cf. p. 86 sq.}, petasunculus [petaso, πετασών] (VII, 119) {cf. p. 37}.

Quoniam nomina appellativa Graeca, quae apud Iuvenalem leguntur, in genera quaedam digessi, nunc in altera huius capitis parte nomina propria Graeca secundum certa quaedam rerum genera disponam; unde Iuvenalis singula deprompserit, in hoc libro explanare longum est, sed cf. Baptae p. 29—31, Ennosigaeus p. 31 sq., Hedymeles p. 35 sq., Psecas p. 57—59, Stoicidae p. 37—39.

B. Nomina propria Graeca.

I. Geographica.

1. Quae ad terrae naturam spectant.

a) Maria.

Aegaeum (XIII, 81; 246), Carpathium (XIV, 278), Ionius [sc. fluctus] (VI, 93), Oceanus (II, 2. X, 149. XI, 94; 113. XIV, 283), Pontus (IV, 43); Maeotis (XV, 115), glacies Maeotica (IV, 42); rupes Cyaneae (XV, 20).

b) Fluvii.

Euphrates (I, 104. VIII, 51), Ganges (X, 2), Hister (VIII, 170), Nilus (VI, 83. X, 149. XIII, 27. XV, 123), Niliacus (I, 26), Orontes (III, 62), Pactolus (XIV, 299).

c) Montes.

Athos (X, 174), Atlans (XI, 24), Hymettus (XIII, 185), Idaeus (III, 138. XI, 194. XIII, 41), Niphates (VI, 409), Pyrenaeus (X, 151). Actiacus (II, 109).

2. Quae ad res humanas referenda sunt.

a) Terrae.

Aegyptus (VI, 527. XV, 2; 45; 116), Armenia (VIII, 169), Asia (V, 56. X, 266), Assyrius (II, 108), Graecia (X, 174. XIV, 240), Idymaeus (VIII, 160), Libya (XI, 25), Libye (V, 119), Nabataeus (XI, 126), Phrygius (XIV, 307), Pontus (X, 273), Ponticus (VI, 661. XIV, 114), Syria (VIII, 169), Thessalia (VIII, 242).

Cf. etiam nomina adiectiva p. 73 sq. sub d.

b) Urbes.

Alabanda (III, 70), Amydon (III, 69), Ancon (IV, 40), Artaxata (II, 170), Athenae (III, 80. VII, 205. IX, 101. X, 127. XV, 110), Calpe (XIV, 279), Canopus (I, 26. VI, 84. XV, 46), Catinensis (VIII, 16), Circei (IV, 140), Cirrha (VII, 64), Cirrhaeus (XIII, 79), Coptus (XV, 28), Corinthus (VIII, 113), Corycus (XIV, 267), Delphi (VI, 555), Ilias (XI, 180) {p. 76, III, 1, b, α, αα}, Iliacus (XIII, 43), Leucas (VIII, 241), Memphitis (XV, 122), Miletos (VI, 296), Mycenae (XII, 127), Nysa (VII, 64), Olynthus (XII, 47), Ombi (XV, 35; 75), Pellaeus (X, 168), Pisaeus (XIII, 99), Sarranus (X, 38), Sicyon (III, 69), Solymae (VI, 544), Sybaris (VI, 296), Syene (XI, 124), Tarentum (VI, 297), Tauromenitanus (V, 93), Tentyra (XV, 35; 76), Thebae (VII, 12 {p. 76, III, 1, b, α, αα}. XIII, 27. XIV, 240), Thebais (VII, 83) {p. 76, III, 1, b, α, αα}, Thebe (XV, 6), Tralles (III, 70), Troia (X, 258), Troianus (IV, 61), Troica (VIII, 221) {p. 76, III, 1, b, α, αα}, Zacynthos (XV, 114).

c) Insulae.

Andrus (III, 70), Anticyra (XIII, 97), Corcyraeus (XV, 25), Cous (VIII, 101), Creta (XIV, 270), Cyclas (VI, 563), Gyaros (I, 73. X, 170), Liparaeus (XIII, 45), Meroe (VI, 528. XIII, 163), Orcades (II, 161), Pharus (VI, 83), Pharius XIII, 85), Prochyta (III, 5), Rhodos (VI, 296), Salamis (X, 179), Samos (III, 70), Samius (XVI, 6), Seriphus (VI, 564. X, 170), Thyle (XV, 112).

d) Gentes.

Achaeus (III, 61), Aegyptius (I, 130), Aethiops (II, 23. VI, 600 {p. 78, 3, a}. VIII, 33. X, 150), Agathyrsi (XV, 125), Arcadicus (VII, 160), Armenius (II, 164. VI, 407; 550), Asianus (III, 218. VII, 14 {p. 78, 3, a}), Bardaicus (XVI, 13), Bithynus (VII, 15 {p. 78, 3, a}. X, 162), Bithynicus (XV, 1), Cappadoces (VII, 15) {p. 78, 3, a}, Cecropis (VI, 187), Cecropius (II, 92), Chaldaeus (VI, 553. X, 94) {p. 77, e}, Cilices (VIII, 94), Colchis (VI, 643) {p. 76, d}, Commagenus (VI, 550), Cressa (X, 327), Doricus (IV, 40), Gaetulus (V, 53 et 59 {p. 78, 3, a}. X, 158. XI, 140. XIV, 278), Gaetulicus (VIII, 26), Geticus (V, 50), Graecus (III, 61; 114; 206. VI, 16. XIV, 89), Graece (VI, 187; 191; 193), Graeculus, a (III, 78. VI, 186), Graius (VIII, 226. X, 138. XI, 100. XV, 110), Illyricus (VIII, 117), Indus (VI, 337; 466. XI, 125), Indae (VI, 585), Indicus (XV, 163), Ithacus (X, 257. XIV, 287. XV, 26), Iudaeus (III, 14. VI, 547) {p. 79, 4, d}, Iudaea (VI, 543) {ibid.}, Iudaicus (XIV, 101) {ibid.}, Lacedaemonius (XI, 175), Lycius (XI, 147) {p. 78, 3, a}, Maedi (VII, 132) {ibid.}, Maurus [subst.] (III, 79. V, 53 {p. 78, 3, a}. VI, 337. VII, 120. XI, 125, bis. XIV, 196); [adi.] (X, 148. XII, 4), Maura (VI, 307; 308. X, 224), Medus (X, 177), Molossus (XII, 108. XIV, 162), Numidae (IV, 100. VII, 182), Parthus (VI, 407), Persicus (XIV, 328), Phryx (VI, 585. VII, 236. XI, 147 {p. 78, 3, a}. XII, 73), Phrygius (II, 115. VI, 516), Poenus (X, 155), Punicus (XIV, 161), Pylius (X, 246), Rhodius (VIII, 113), Samothraces (III, 144), Sarmata (III, 79), Sauromatae (II, 1. XV, 125), Scythicus (XI, 139), Seres (VI, 403), Siculus (V, 100. VI, 486. VII, 236. IX, 150. XIII, 50), Spartanus (VIII, 101; 218.

XIII, 199), Syrus (III, 62. VI, 351 {p. 78, 3, a}), Syrius (XI, 73), Syrophoenix (VIII, 159; 160) {p. 79, 3, c}, Tauricus (XV, 116), Thessalus (VI, 610), Thrax (III, 79. VI, 403. XIII, 167), Troiugenae (I, 100. VIII, 181. XI, 95), Tyrius (I, 27. VI, 246. VII, 134. X, 334. XII, 107), Tyrrhenus (V, 96. VI, 92. XII, 76).

Cf. etiam nomina adiectiva Graeca p. 72, 2, a.

II. Mythologica.

1. Res profanae.

a) Fluvii.

Stygius (II, 150), Aganippe (VII, 6) fons.

b) Gentes.

Cyclopes (XV, 18), Hyperboreus (VI, 470), Iliades (X, 261) {p. 76, d}, Laestrygones (XV, 18), Phaeax (V, 151. XV 23), Pygmaeus [adi.] (VI, 506. XIII, 168).

2. Res divinae et similia.

a) Dii.

Aeolius (I, 8. X, 181), Anubis (VI, 534), Apollo (I, 12[illegible] VII, 37. XIII, 203) [Paean (VI, 172; 174) cognomen, Pythi (XIII, 199) sacerdos, Sibylla (III, 3. VIII, 126) vates], Atlas (VIII, 32. XIII, 48), Bacchanalia (II, 3), Ennosigaeus (X, 18[illegible] {p. 31 sq.}, Hammo (VI, 555), Marsya (IX, 2), Osiris (VI, 54[illegible] VIII, 29), Pluto (XIII, 50), Polyphemus (IX, 64. XIV, 2[illegible] Priapus (VI, 316), Prometheus (IV, 133 {cf. Frdl. S. G. I p. 575}. VIII, 133. XV, 85), Titan (XIV, 35), Titanis [adi.] (VIII, 132). Cf. etiam p. 79, 4, d.

b) Deae.

Astraea (VI, 19), Calliope (IV, 34), Celaeno (VIII, 13[illegible] Charybdis (V, 102. XV, 17), Circe (XV, 21), Clio (VII, 7[illegible] Clotho (IX, 135), Cotyto (II, 92) [Baptae (II, 92) {p. 29 sq[illegible] sacerdotes], Cybele (II, 111. XIV, 263) [Megalesia (VI, 6[illegible] et Megalesiacus (XI, 193) dies festi, Corybas (V, 25) [illegible]

Peribomius (II, 16) sacerdotes], Erinys (VII, 68) {cf. p. 98 III, 2, a}, Eumenides (XIV, 285), Gorgo (XII, 4), Gorgoneus (III, 118), Heliades (V, 38), Hesperides (XIV, 114), Isis (VI, 529. IX, 22. XII, 28. XIII, 93), Isiacus (VI, 489), Lachesis (III, 27. IX, 136), Latona (VI, 176. X, 292), Musae (VII, 37) [Aonides (VII, 59) et Pierides (IV, 36) et Pierius (VII, 8; 60) cognomina], Scylla (XV, 19), Siren (XIV, 19), Terpsichore (VII, 35), Tisiphone (VI, 29). Cf. etiam p. 79, 4, d.

c) Heroes.

Acestes (VII, 235), Achilles (I, 163. VII, 210. VIII, 271. X, 256. XI, 30. XIV, 214), Actor (II, 100) {p. 98, III, 2, a}, Aeacus (I, 10), Aeacides (VIII, 270), Aeneas (I, 162. V, 139. XV, 67), Agamemnon (XIV, 286), Agamemnonides (VIII, 215), Aiax (VII, 115. X, 84. XIV, 213. XV, 65), Alcinous (XV, 15), Alcithoos (VII, 12) {p. 77, ββ}, Amphion (VI, 174), Anchemolus (VII, 235) {p. 98, III, 2, a}, Anchises (VII, 234), Antaeus (III, 89), Antilochus (X, 253), Antiphates (XIV, 20), Assaracus (X, 259), Atreus (VII, 73) {p. 77, ββ}, Atrides (IV, 65 et VI, 660) {Frdl. l. l.}, Automedon (I, 61) {ibid. et p. 98, III, 2, a}, Bellorophon (X, 325), Bootes (V, 23), Cacus (V, 125), Castor (XIII, 152. XIV, 260), Cecropides (VIII, 46; 53), Chiro (III, 205), Cycnus (VIII, 33), Daedalus (III, 25), Deucalio (I, 81), Diomedeae (I, 53) {p. 76, III, 1, b, α, αα}, Elpenor (XV, 22), Endymio (X, 318) {Frdl. l. l.}, Euander (XI, 61), Ganymedes (V, 59. IX, 22), Hector (X, 259), Heracleae (I, 52) {p. 76, III, 1, b, α, αα}, Hercules (II, 20. III, 89. V, 125. X, 361. XIII, 43; 151. XIV, 90), Herculeus (VIII, 14. XIII, 82. XIV, 280), Hippolytus (X, 325), Hyacinthi (VI, 110), Hylas (I, 164), Iarbas (V, 45), Iulus (VIII, 42. XII, 70), Laomedontiades (VI, 326), Meleager (V, 115), Memnon (XV, 5), Menoeceus (XIV, 240), Monychus (I, 11), Nestor (VI, 326. XII, 128 {Frdl. l. l.}), Orestes (I, 6 {p. 77, ββ}. VIII, 220), Paris (X, 264), Peleus (X, 256. XIV, 214), Pelides (III, 280), Pholus (XII, 45), Priamus (X, 258), Pylades (XVI, 26), Rhadamanthus (XIII, 197), Stentor (XIII, 112),

Telamo (XIV, 214), Telephus (I, 5) {p. 77, ββ}, Teresias (XIII, 249), Tereus (VII, 12) {p. 77, ββ}, Teucri (VIII, 56), Thersites (VIII, 269; 271. XI, 31), Theseis (I, 2) {p. 76, III, 1, b, α, αα}, Thyestes (VIII, 228) {p. 77, β}, Tirynthius (XI, 61), Tydides (XV, 66), Ucalegon (III, 199) {vide p. 99, III, 2, a et Frdl. l. l.}, Ulixes (IX, 65. XI, 31. XV, 14).

d) Heroides.

Agave (VII, 87) {p. 77, γγ}, Alcestis (VI, 653) {p. 77, β}, Andromache (VI, 503), Antigone (VIII, 229) {p. 77, β}, Arachne (II, 56), Autonoe (VI, 72) {p. 77, β}, Belides (VI, 655), Cassandra (X, 262), Clytaemestra (VI, 656), Colchis [Medea] {p. 73, d}, Electra (VIII, 218), Elissa [Dido] (VI, 435), Eriphylae (VI, 655), Europe (VIII, 34), Iliades {p. 74, II, 1, b}, Io (VI, 526), Iphigenia (XII, 119), Leda (VI, 63) {p. 78, d, γ}, Melanippe (VIII, 229) {p. 77, β}, Niobe (VI, 177), Pelopea (VII, 92) {p. 78, d, γ}, Penelope (II, 56), Philomela (VII, 92) {p. 78, d, γ}, Polyxena (X, 262), Progne (VI, 644), Pyrrha (I, 84. XV, 30), Stheneboea (X, 327), Tyndaris (VI, 657).

III. Nomina hominum.

1. Ad litteras pertinent.

a) Grammatici.

Celadus (VII, 215), Palaemon (VI, 452. VII, 215; 219).

b) Poetae.

Codrus (III, 203; 208), Homerus (VI, 437. VII, 38. X, 246. XV, 69), Homericus (XIII, 113), Sophocleus (VI, 636), Sostratus (X, 178), Telesinus (VII, 25).

α) Tituli carminum.

αα) Carminum epicorum.

Huc referenda sunt ex

p. 72, 2, b: Ilias, Thebae, Thebais, Troica.

p. 75 sq., c: Diomedeae, Heracleae, Theseis.

ββ) Fabularum.

Huc pertinent ex p. 75, sq., c: Alcithoos, Atreus, Orestes, Telephus, Tereus.

γγ) Mimorum.

Agave {p. 76, d}, Phasma (VIII, 186).

β) Personae in fabulis.

Doris (III, 94) et Thais (III, 93) {p. 79, e}; Thyestes {p. 76, c}.

Accedunt ex p. 76, d: Alcestis, Antigone, Autonoe, Melanippe.

c) Oratores et scripta oratoria.

Creticus (II, 67; 78. VIII, 38), Demosthenes (X, 114), Isaeus (III, 74), Lysimachus (VII, 204), Theodorus (VII, 177); Anticatones (VI, 338) {vox hybrida}, Philippica (X, 125).

d) Philosophi.

Aristoteles (II, 6), Chrysippus (II, 5. XIII, 184), Cleanthae (II, 7), Democritus (X, 34), Epicurus (XIII, 122. XIV, 319), Pittacus (II, 6), Pythagoras (XV, 173), Pythagorei (III, 229), Socratici (II, 10. XIV, 320), Stoicidae (II, 65) {cf. p. 37 sqq.}, Thales (XIII, 184), Zeno (XV, 107).

e) Astrologi.

Chaldaeus {p. 73, d}, Petosiris (VI, 581), Thrasyllus (VI. 576).

f) Iuris consulti.

Basilus (VII, 145; 146; 147. X, 222), Matho (I, 32. VII, 129. XI, 34), Pegasus (IV, 77) {p. 79, 4, c}.

g) Ignoti homines litterati.

Diphilus et Hermarchus et Protogenes (III, 120).

2. Ad artes referenda sunt.

a) Fictores.

Euphranor (III, 217) {p. 78, b}, Mentor (VIII, 104), Myro (VIII, 102), Parthenius (XII. 44), Phidiacus (VIII, 103), Polyclitus (III, 217. VIII, 103).

b) Pictores.

Euphranor {p. 77, a}, Parrhasius (VIII, 102).

c) Musici.

α) Citharoedi.

Chrysogonus (VI, 74. VII, 176), Echion (VI, 76), Glaphyrus (VI, 77), Hedymeles (VI, 383) {p. 35 sq.}, Seleucus (X, 211).

β) Choraules.

Ambrosius (VI, 77).

d) Histriones.

α) Comoedi.

Antiochus (III, 98), Demetrius et Stratocles (III, 99).

β) Mimus et mima.

Corinthus (VIII, 197) et Thymele (I, 36. VI, 66, bis. VIII, 197).

γ) Pantomimi et eorum personae.

Bathyllus (VI, 63), Paris (VI, 87. VII, 87).
Leda et Pelopea et Philomela {p. 76, d}.

δ) Ignoti artifices scaenici.

Carpophorus (VI, 199), Damasippus (VIII, 185), Haemus (VI, 198).

e) Gladiatores et victores certaminum.

Asylus (VI, 267), Cilix (IV, 121), Euryalus (VI, 81). Gigas (IV, 98) {cf. Zacher, Philol. LVI (N. F. X), 3}, Ladas (XIII, 97) cursor. Accedit Coryphaeus (VIII, 62) equus.

3. Ad vitam spectant.

a) Servi et ancillae.

Bromius (VI, 378), Corydo (IX, 102, bis) {vide p. 99, III, 2, a}. Cyane (VIII, 162), Psecas (VI, 491; 494) {cf. p. 57—59 et p. 99, b}.

Huc pertinent ex p. 73, d: Aethiops, Asianus, Bithynus, Cappadoces, Gaetulus, Lycius, Maedi, Maurus, Phryx, Syrus

b) Liberti.

rcissus (XIV, 329), Pallas (I, 109), Phoebus (VII, 233), s (XIV, 91).

c) Medici et unguentarii.

higenes (VI, 236. XIII, 98. XIV, 252), Heliodorus 3), Philippus (XIII, 125), Themison (X, 221).
mus (VIII, 86), Lydc (II, 141), Syrophoenix {p. 74, d}.

d) Viri aliunde ignoti.

(VI, 153), Machaera (VII, 9), Trypherus (XI, 137).

e) Mulieres.

one (III, 136), Cynthia (VI, 7), Doris {p. 77, β}, (VI, 123) {vide p. 99, III, 2, a}, Maura {p. 73, d}, (V, 141), Phiale (X, 238) {vide p. 99, b}, Rhodope Thais {p. 77, β}.

4. Res publica.

a) Reges.

ippa (VI, 158), Alexander (XIV, 311), Croesus (X, 274. 28), Lagus (VI, 83), Mithridates (XIV, 252), Phalaris 31), Pyrrhus (XIV, 162), Sardanapallus (X, 362), (II, 164).

b) Reginae.

enice (VI, 156), Cleopatra (II, 109), Samiramis (II, 108).

c) Principes in re publica viri.

cus (XI, 1), Chaerippus (VIII, 95), Pegasus {p. 77, f}, ae (II, 154) {vox hybrida}, Solo (X, 274).

d) Deorum cultus.

aei et Iudaicus {p. 73, d}, Moyses (XIV, 102). m p. 74, II, 2, a et b.

Cap. II.

De nominum Graecorum usu.

A. Quibusnam de causis Iuvenalis nomina Graeca et appellativa et propria in saturis usurpaverit.

Multum interest scire extremo primo et ineunte altero post Christum natum saeculo linguam et litteras Graecas iam adeo in urbem Romam quasi se insinuavisse, ut illorum temporum scriptores, velut Statius et Suetonius, a simplicitate ac gravitate, qua plurimi superiorum usi erant, decedere non dubitarent et voces permultas e lingua Graeca depromptas in libros reciperent.

Quid igitur? Estne putandum ab Iuvenale hunc illius aetatis morem simpliciter observatum esse, ita ut eius saturarum colore Graeco, qui dicitur, commune dicendi genus hominum aequalium redderetur, an proprium quoddam consilium in usurpandis nominibus Graecis spectatum esse?

Sed, sive hoc sive illud factum est, utique, num poeta certas quasdam leges in hac re observandas sibi proposuerit, si quis unoquoque loco pro certo statui posse contendat, is multum a vero aberret: tantum dico has res posse adumbrari. Certe autem liquebit vocibus Graecis insertis saturarum virtutem non modo non minui, sed etiam res tractatas multo dilucidius illustrari.

AA. Voces Graecae sermone Latino tritae.

Sunt multa vocabula Graeca, quibus Iuvenalis abstinere non potuit, quod res ipsae nominibus Latinis carebant.

Sed multae quoque voces Graecae apud eum inveniuntur ad res significandas, quae Latinas quoque appellationes habebant. Neque tamen hinc efficitur, ut poeta voces Graecas Latinis de industria praetulerit, cum inter omnes constet Romanis vocabula et Graeca et Latina fuisse illis temporibus trita. Sed operae pretium erit huiusmodi voces Graecas enumerare et cum Latinis comparare. Quamobrem iam proponam

Nomina appellativa Graeca, quorum loco Latina quoque inveniuntur.

a) Apud Iuvenalem ipsum.

α) His vocabulis Graecis poeta eandem fere, quam Latina habent, notionem indit.

Anabathra — pulpita (III, 174. VI, 78. VII, 93. VIII, 195; 225. XIV, 257); antrum (IV, 21) — lectica (I,32; 121. III, 242. VI, 309. X, 35); astrum — sidus (VI, 569. VII, 195; 200. X, 33. XVI, 4); barbarus — peregrinus (IV, 127. VI, 298. VIII, 225. XIV, 187); bracchia (praeter XII, 76) — lacertus VI, 106. X,11. XIV, 131. XV, 63); bulbus — caepe (XV, 9); caminus — fornax (III, 309), fornacula (X, 82), furni (VII, 4); cathedra (I, 65) — lectica {vid. supra}; cathedra (VII, 47) — sella (I, 124. III, 136. VI, 353. VII, 142); cera (VIII, 19) — imago (VII, 29. VIII, 18. XI, 18); chlamys — paludatus (VI,400); colaphus — alapa (VIII, 192); coma — capillus (VI, 490; 493. XI, 149. XV, 137, XVI, 31) et crinis (II, 112. III, 186. VI, 120; 164; 316; 490. VII, 70); contus (X, 20) — fustis (VI, 416. IX, 98); cumba — ratis (XII, 122. XIV, 301); cyathus — calix (I, 57. V, 47. VIII, 168. XI. 145); electrum — sucina (VI, 573. IX, 50); ephebus — iuvenis

(II, 50); historia — fabula (I, 145. XV, 72); lampas — fax (VI, 139. VIII, 139. XV, 140) et taeda (I, 155. II, 91; 158. XII, 59); lanterna — lucerna (I,51. VI, 131; 305. VII, 225. VIII, 35. X, 339. XII, 92); moechus — adulter (I, 78. II, 29. III, 45. IV, 4. VI, 237; 329; 404; 567. IX, 80. X, 311; 318); nauseo—fastidio (X, 270; 326. XI, 80); obsonia—pulmentaria (VII, 185); paropsis — lanx (V, 80. VI, 204. XI, 18. XII, 43); pelagus — mare (I, 54. II, 25. III, 55. IV, 83. V, 94. VI, 94; 283. X, 176. XII, 62. XIII, 69; 155; 246. XIV, 222; 276. XV, 16); phiala — patella (III, 261. V, 85. VI, 344); phrenesis — dementia (X, 233) et demens (VI, 222. X, 166. XI, 2. XV, 1); plectrum — pecten (VI, 382); poema — carmen (III, 207. VI, 133; 636. VII, 28; 55; 63; 82. XI, 181. XV. 117); popanum — libum (III, 187. XVI, 39), priapus — nervus (IX, 34. X, 205) et penis (VI, 337. IX, 43); scaphium — matella (X, 64); scopulus — saxum (I, 83. III, 257. VI, 649. X, 144; 164. XIII, 51; 231. XV, 19; 63. XVI, 38); stomachus — venter (III, 167. IV, 107. V, 6. VI, 124; 596. IX, 136. XI, 40. XII, 60. XIV, 126; 149; 199. XV, 100; 174); thorax — lorica (X, 134. XI, 30); trutina — libra (IV, 16. X, 147).

β) Praeter haec nomina appellativa Graeca exstant in litteris Latinis nullo fere significationis discrimine **voces vere Latinae, quibus Iuvenalis indit notionem longe aliam, ac Graecae habent.**

Aulaea (VI, 67. XIV, 263) — vela (I, 149. IX, 105. XII, 22; 69. XV, 127); buxus — pecten (VI, 370. IX, 30); calamus — harundo (X, 21); chorda — nervus (IX, 34. X, 205); oestrus — furor (I, 92. II, 18. VIII, 97. XIV, 136; 284. XV, 36; 100).

b) Apud alios scriptores Latinos.

Acersecomes — intonsus (Sil. Ital. XV, 674); acoenonoetus — communi sensu carens (Hor. sat. I, 3, 66); aliptes — unctor (Plaut. Trin. II, 1, 30 [252]); antrum et spelunca — caverna (Lucr. VI, 597 [Lachm.]) et specus (Enn. ap. Non. 222, 32); archimagirus — praepositus coquorum

Inscr. ap. Maff. Mus. Veron. 319, 3) et vicarius supra co-quos (Inscr. ap. Gruter. 580, 12); artopta — pistor (Cic. pro Rosc. Amer. 46, 134) et furnarius (Ulpian. dig. XXXIX, 2, 4, 7); balnea — lavacrum (Gell. I, 2, 2); blaesus — balbus Lucr. IV, 1164); buxus — pecten (Plaut. capt. II, 2, 18 268]); calamus (VII, 27) — harundo (Pers. III, 11); calamus XIII, 80) — harundo (Verg. Aen. IV, 73); calathus — qua-sillus (Cat. de agric. 133, 3); canistra — panarium (Varr. e ling. Lat. V, 22, 105); castor — fiber (Plaut. frgm. ap. est. p. 90 M.); chironomon et chironomos — gesticulator Colum. I, praef. § 3); chorda — nervus (Cic. pro Rosc. Am. 46, 34) et fides (Prudent. cathem. III, 81); conchis — faba (Plaut. ulul. V, 1, 11 [819]); cycnus — olor (Verg. bucol. IX, 36); dimenia — menstrua cibaria (Cic. in Verr. II, 3, 30, 72); unuchus et spado — castratus (Plaut. merc. II, 2, 1 [272]); enesis — genitura (Sueton. August. 94, extr.); geometres - agrimensor (Ammian. XIX, 11, 8) et gromaticus [adi.] Cassiodor. var. III, 52, 2); herma — lapis (Plaut. Poen. I, 78 [291] et Ter. Heaut. IV, 7, 3 [831]) et statua (Plaut. apt. V, 1, 31 [951] et Sallust. de re publ. ordinanda hist. II, 9, 4); ictericus — arquatus (Lucr. IV, 308); nanus - pumilio (Lucr. IV, 1162); naulum — portorium (Apul. etam. VI, 18); oenophorum — vinarium (Plaut. Poen. IV, 16 [838]); oestrus — furor (Cic. de divin. I, 31, 66); orexis - appetitus (Cic. de off. I, 30, 105); paelex — concubina Plaut. Stich. IV, 1, 56 [562]); philtra — amatorium (Hecat. p. Sen. philos. epist. I, 9, 6); phthisis — tabes (Cic. Tuscul. II, 13, 27); pirata — praedo (Cic. in Verr. I, 5, 13); porth-meus — portitor (Verg. georg. IV, 502); schoenobates — unambulus (Ter. Hecyr. prol. I, 4).

Cf. numeros et proportiones p. 105, c.

BB. Quibus locis nomina Graeca in Iuvenalis saturis dedita opera videantur usurpata esse.

Saepenumero res ita instituta est, ut non possimus non concedere ab Iuvenale nomina Graeca et appellativa et propria de industria in saturas recepta esse. Id plerumque animadvertimus iis locis, quibus poeta per irrisionem ac ludibrium aut per odium atque acerbitatem loquitur; nusquam fere vocabula Graeca consulto usurpata sine aliqua indignatione ac dicacitate aut sine aliquo contemptu saturis inserta sunt.

I. Voces Graecae in poetae saturis leguntur, cum de Graecis aut de rebus Graecis agitur.

Aliquot locis apparet Iuvenalis odium in Graeculos, quorum condicionem apud Romanos paucis illustrem.

Iam altero ante Christum natum saeculo homines e compluribus terris externis Romam immigraverant ac peregrinam luxuriam et perditos mores, velut »convivalia ludorum oblectamenta« (Liv. XXXIX, 6, 8), in urbem invexerant. Non minima eorum pars erat ex Graecia et ex Asia et nomine Graeculorum appellabatur; eos commemorat iam Cicero in Pison. XXIX, 70; de orat. I, 11, 47; 22, 102. Tuscul. I, 35, 86.

Posteriore vero tempore homines peregrini etiam multo plures ex Graecia, Asia, aliis terris Romam venerunt, atque eorum numerus extremo primo et ineunte secundo p. Chr. n. saeculo in urbe fuit tantus, ut multitudo fieret intolerabilis, praesertim cum paulatim omnibus artificiis: fraude, dolis, fallaciis, mendaciis, praestigiis, nimia adulatione plurimum apud homines summa amplitudine valerent et cives vere Romanos praecurrerent. Frequentissimi autem illi homines in urbe versabantur Iuvenalis aetate et, qua erant industria, navitate, vanitate atque iactatione, inconstantia, mobilitate, animi levitate ad omnia negotia apti et habiles inveniebantur ac temporibus serviebant.

Quibus locis Graeculorum mores asperioribus facetiis perstringit, iis poeta multas voces Graecas per odium atque acerbitatem versibus admiscet. In hoc genere singulares

sunt saturae et tertia et sexta, cf. III, 58—83; 93—103; 114—120. VI, 63—84; 153—159; 296 sq.; 373—378; adde VIII, 158—162. X, 173—184. XV, 13—31. Non minus autem eius indignatio movetur levitate popularium, qui Graecos admirabantur et imitabantur; quantus sit numerus vocabulorum Graecorum, quae ad hanc rem pertinent, discimus ex I, 1—12. II, 4—7. VI, 379—384. VIII, 32 sqq.; 217—230. Multos homines vere Romanos illa aetate lingua Graeca usos esse vix quisquam ignoret. Sed paucis moneam mulieres, anus praecipue, fuisse viris intolerabiles, quod in omnibus vitae condicionibus linguam Graecam affectabant, vide VI, 185—199.

Ex Graeculis, qui tum Romae versabantur, imprimis commemorandi sunt Armenii (II, 164. VI, 550), Asiani (VII, 14), Bithyni et Cappadoces (VII, 15), Commageni (VI, 550), Lycii (XI, 147), Maedi (VII, 132), Phryges (VI, 585. XI, 147), Syri (VI, 351), Syrophoenices (VIII, 159 sq.). Cf. etiam p. 78 sq.: 3, a—e.

1. Quae ad mentem referenda sunt.

a) Ad artificia a Graeculis exercitata.

Vehementissime Iuvenalis insectatur artificia a Graeculis exercitata et a Romanis illius aetatis in deliciis habita, cum civibus Romanis antiqui moris ac disciplinae sint indigna, quoniam virtutes, quibus maiores ad opes et imperium omnium orbis terrarum gentium pervenerint, neglegantur, si cives talibus artificiis tractandis operam dent.

Ac primum quidem cogitandum est de moribus populi Romani ad mollitiam lapsis. Qua de causa poeta compluribus locis insultat in

α) artem musicam

et in eos, qui eam profitebantur; nam omnia fere instrumenta musica, quibus ad res molles ac suaves exprimendas poetae lyrici et homines delicati utebantur, a Graecis inventa sunt, cf. voces p. 67, γγ et p. 78, c allatas. Quanta sit vis sonorum ad hominum animos corrumpendos ac depravandos, docet Cic. de legibus II, 15, 38.

Atque etiam in

β) artes et scaenicam et gymnasticam,

quae inter se artissime coniunctae sunt, tum Graeculi potissimum incumbebant. Hoc nomine apud Iuvenalem perstringuntur artifices et scaenici et gymnastici atque instrumenta apparatusque scaenicus et gymnasticus, cf. p. 67 sq. α, δδ et p. 78, d et e. Poetae populares in rebus scaenicis plane ex Graecis pendere nemo nescit. De arte altera haec dicenda sunt. Romani usque ad extrema liberae rei publicae tempora artem gymnasticam esse indecoram et libero homine Romano indignam existimaverant. Nam artificum, qui nudis corporibus artificia factitabant, exercitationes esse turpes et moribus perniciosissimas putabant, cf. Enn. ap. Cic. Tusc. IV, 33, 70: »Flagiti principium est nudare inter civis corpora.« Sed iam Ciceronis aetate in multis domibus gymnasia instituebantur, et thermae ad exemplum gymnasiorum Graecorum exstruebantur. Extremo vero primo p. Chr. n. saeculo illa studia adeo percrebruerant, ut Iuvenalis facere non posset, quin in cives suos gravissime inveheretur, quod maiorum virtutibus: morum integritate, fortitudine, corporum duritia postpositis consuetudines et instituta Graeculorum adamassent. Acerrime autem cavillatur mulieres, quae ipsae quoque illis artibus operam dant; vestimentis enim et unguentis athletarum delectantur et in campo Martio tironum more se exercent, cf. VI, 246 sqq.

Ludos quoque voluptatesque, quae a Graecis orta Romanis illorum temporum in deliciis erant, poeta identidem salse irridet, vocabula lege p. 68: α, δδ extr. De Graeculis earum artium illa aetate magistris vide etiam Petron. 76, extr. Traian. ap. Plin. epist. ad Plin. 40 (49), 2. Plin. panegyr. 13, extr.

Hoc loco breviter strictimque dicam de

γ) arte aedificandi,

quam ad Romanos a Graecis pervenisse et saepe a Graeculis exercitatam esse vix cuiquam ignotum sit. Huc

referenda sunt cum multa vocabula Graeca ex cap. I, p. 66: b, α, αα tum vox crypta (V, 106), qua Iuvenalis per summam malitiam utitur.

Atque etiam

δ) artis fingendi,

cuius permulta nomina erant Graeca, cum acerbitate quadam mentio fit VIII, 102 sqq., in quibus versibus de Siciliensium operibus traditur et clarissimi artifices Graeci enumerantur, cf. etiam p. 66 sq. ββ, et p. 77, 2, a.

b) Ad exagitanda litterarum studia a Graecis Romam illata.

Litterarum vero studia ex Graecia in urbem Romam transisse quis est, qui nesciat? Perspicuum igitur et evidens est multa vocabula Graeca artium et rhetoricae et poeticae, philosophiae, aliarum litterarum, quae a Graecis petitae erant, in Iuvenalis saturas abisse. Huic doctrinae tum vacabant omnes homines, etiam mulieres, quae VI, 434—456 propter hanc rem increpitantur.

Non parva vocum Graecarum pars spectat ad poetae

α) studia rhetorica,

quae sunt permultis saturarum locis manifesta. Quid? I, 15 sqq. se studiis rhetoricis deditum fuisse, priusquam in saturas condendas incumberet, nonne ipse profitetur? Etenim, cum illo tempore moris esset, ut Romani omne litterarum genus a Graecis profectum colerent, rhetorica quoque ars a magistris Graecis discebatur. Quam ob rem omnia fere vocabula, quae ad illam pertinent, erant Graecae originis, et cum Latina deessent, in sermone cotidiano usitatissima. Quae cum ita essent, ne Iuvenalis quidem his Graecis artis nominibus abstinuit, praesertim cum rhetorum consuetudinem saepe sibi vindicaret. Nam quae animo proposuit, de iis more rhetorum ratione ac via disputare solet, ut plerumque etiam dispositio quaedam saturarum conclusa ac perfecta, quae secundum artis rhetoricae praecepta instituta est, facile appareat. Ab eodem fonte profluxit ubertas

BB. Quibus locis nomina Graeca in Iuvenalis saturis dedita opera videantur usurpata esse.

Saepenumero res ita instituta est, ut non possimus non concedere ab Iuvenale nomina Graeca et appellativa et propria de industria in saturas recepta esse. Id plerumque animadvertimus iis locis, quibus poeta per irrisionem ac ludibrium aut per odium atque acerbitatem loquitur; nusquam fere vocabula Graeca consulto usurpata sine aliqua indignatione ac dicacitate aut sine aliquo contemptu saturis inserta sunt.

I. Voces Graecae in poetae saturis leguntur, cum de Graecis aut de rebus Graecis agitur.

Aliquot locis apparet Iuvenalis odium in Graeculos, quorum condicionem apud Romanos paucis illustrem.

Iam altero ante Christum natum saeculo homines e compluribus terris externis Romam immigraverant ac peregrinam luxuriam et perditos mores, velut »convivalia ludorum' oblectamenta« (Liv. XXXIX, 6, 8), in urbem invexerant. Non minima eorum pars erat ex Graecia et ex Asia et nomine Graeculorum appellabatur; eos commemorat iam Cicero in Pison. XXIX, 70; de orat. I, 11, 47; 22, 102. Tuscul. I, 35, 86.

Posteriore vero tempore homines peregrini etiam multo plures ex Graecia, Asia, aliis terris Romam venerunt, atque eorum numerus extremo primo et ineunte secundo p. Chr. n. saeculo in urbe fuit tantus, ut multitudo fieret intolerabilis, praesertim cum paulatim omnibus artificiis: fraude, dolis, fallaciis, mendaciis, praestigiis, nimia adulatione plurimum apud homines summa amplitudine valerent et cives vere Romanos praecurrerent. Frequentissimi autem illi homines in urbe versabantur Iuvenalis aetate et, qua erant industria, navitate, vanitate atque iactatione, inconstantia, mobilitate, animi levitate ad omnia negotia apti et habiles inveniebantur ac temporibus serviebant.

Quibus locis Graeculorum mores asperioribus facetiis perstringit, iis poeta multas voces Graecas per odium atque acerbitatem versibus admiscet. In hoc genere singulares

sunt saturae et tertia et sexta, cf. III, 58—83; 93—103; 114—120. VI, 63—84; 153—159; 296 sq.; 373—378; adde VIII, 158—162. X, 173—184. XV, 13—31. Non minus autem eius indignatio movetur levitate popularium, qui Graecos admirabantur et imitabantur; quantus sit numerus vocabulorum Graecorum, quae ad hanc rem pertinent, discimus ex I, 1—12. II, 4—7. VI, 379—384. VIII, 32 sqq.; 217—230. Multos homines vere Romanos illa aetate lingua Graeca usos esse vix quisquam ignoret. Sed paucis moneam mulieres, anus praecipue, fuisse viris intolerabiles, quod in omnibus vitae condicionibus linguam Graecam affectabant, vide VI, 185—199.

Ex Graeculis, qui tum Romae versabantur, imprimis commemorandi sunt Armenii (II, 164. VI, 550), Asiani (VII, 14), Bithyni et Cappadoces (VII, 15), Commageni (VI, 550), Lycii (XI, 147), Maedi (VII, 132), Phryges (VI, 585. XI, 147), Syri (VI, 351), Syrophoenices (VIII, 159 sq.). Cf. etiam p. 78 sq.: 3, a—e.

1. Quae ad mentem referenda sunt.

a) Ad artificia a Graeculis exercitata.

Vehementissime Iuvenalis insectatur artificia a Graeculis exercitata et a Romanis illius aetatis in deliciis habita, cum civibus Romanis antiqui moris ac disciplinae sint indigna, quoniam virtutes, quibus maiores ad opes et imperium omnium orbis terrarum gentium pervenerint, neglegantur, si cives talibus artificiis tractandis operam dent.

Ac primum quidem cogitandum est de moribus populi Romani ad mollitiam lapsis. Qua de causa poeta compluribus locis insultat in

α) artem musicam

et in eos, qui eam profitebantur; nam omnia fere instrumenta musica, quibus ad res molles ac suaves exprimendas poetae lyrici et homines delicati utebantur, a Graecis inventa sunt, cf. voces p. 67, γγ et p. 78, c allatas. Quanta sit vis sonorum ad hominum animos corrumpendos ac depravandos, docet Cic. de legibus II, 15, 38.

Atque etiam in

β) artes et scaenicam et gymnasticam,

quae inter se artissime coniunctae sunt, tum Graeculi potissimum incumbebant. Hoc nomine apud Iuvenalem perstringuntur artifices et scaenici et gymnastici atque instrumenta apparatusque scaenicus et gymnasticus, cf. p. 67 sq. α, δδ et p. 78, d et e. Poetae populares in rebus scaenicis plane ex Graecis pendere nemo nescit. De arte altera haec dicenda sunt. Romani usque ad extrema liberae rei publicae tempora artem gymnasticam esse indecoram et libero homine Romano indignam existimaverant. Nam artificum, qui nudis corporibus artificia factitabant, exercitationes esse turpes et moribus perniciosissimas putabant, cf. Enn. ap. Cic. Tusc. IV, 33, 70: »Flagiti principium est nudare inter civis corpora.« Sed iam Ciceronis aetate in multis domibus gymnasia instituebantur, et thermae ad exemplum gymnasiorum Graecorum exstruebantur. Extremo vero primo p. Chr. n. saeculo illa studia adeo percrebruerant, ut Iuvenalis facere non posset, quin in cives suos gravissime inveheretur, quod maiorum virtutibus: morum integritate, fortitudine, corporum duritia postpositis consuetudines et instituta Graeculorum adamassent. Acerrime autem cavillatur mulieres, quae ipsae quoque illis artibus operam dant; vestimentis enim et unguentis athletarum delectantur et in campo Martio tironum more se exercent, cf. VI, 246 sqq.

Ludos quoque voluptatesque, quae a Graecis orta Romanis illorum temporum in deliciis erant, poeta identidem salse irridet, vocabula lege p. 68: α, δδ extr. De Graeculis earum artium illa aetate magistris vide etiam Petron. 76, extr. Traian. ap. Plin. epist. ad Plin. 40 (49), 2. Plin. panegyr. 13, extr.

Hoc loco breviter strictimque dicam de

γ) arte aedificandi,

quam ad Romanos a Graecis pervenisse et saepe a Graeculis exercitatam esse vix cuiquam ignotum sit. Huc

referenda sunt cum multa vocabula Graeca ex cap. I, p. 66: b, α, αα tum vox crypta (V, 106), qua Iuvenalis per summam malitiam utitur.

Atque etiam

δ) artis fingendi,

:uius permulta nomina erant Graeca, cum acerbitate quaiam mentio fit VIII, 102 sqq., in quibus versibus de Siciiensium operibus traditur et clarissimi artifices Graeci numerantur, cf. etiam p. 66 sq. ββ, et p. 77, 2, a.

b) Ad exagitanda litterarum studia a Graecis Romam illata.

Litterarum vero studia ex Graecia in urbem Romam ransisse quis est, qui nesciat? Perspicuum igitur et eviens est multa vocabula Graeca artium et rhetoricae et oeticae, philosophiae, aliarum litterarum, quae a Graecis etitae erant, in Iuvenalis saturas abisse. Huic doctrinae um vacabant omnes homines, etiam mulieres, quae VI, 34—456 propter hanc rem increpitantur.

Non parva vocum Graecarum pars spectat ad poetae

α) studia rhetorica,

quae sunt permultis saturarum locis manifesta. Quid? , 15 sqq. se studiis rhetoricis deditum fuisse, priusquam n saturas condendas incumberet, nonne ipse profitetur? Etenim, cum illo tempore moris esset, ut Romani omne itterarum genus a Graecis profectum colerent, rhetorica quoque ars a magistris Graecis discebatur. Quam ob rem omnia fere vocabula, quae ad illam pertinent, erant Graecae originis, et cum Latina deessent, n sermone cotidiano usitatissima. Quae cum ita essent, ne Iuvenalis quidem his Graecis artis nominibus abstinuit, praesertim cum rhetorum consuetudinem saepe sibi vindicaret. Nam quae animo proposuit, de iis more rhetorum ratione ac via disputare solet, ut plerumque etiam dispositio quaedam saturarum conclusa ac perfecta, quae secundum artis rhetoricae praecepta instituta est, facile appareat. Ab eodem fonte profluxit ubertas

eius in rebus describendis profusa, quae in posterioribus potissimum saturis cernitur. Qua de causa O. Ribbeck: Der echte und unechte Iuvenal. Berlin 1865 et Geschichte der römischen Dichtung III. Stuttgart 1892, p. 306 censuit complures (X et XII—XV) ab Iuvenale esse abiudicandas. In his ipsis vocabulorum Graecorum numerus non est exiguus, cf. X, 256—264. XII, 43 sqq. XIII, 78—83; 92—99; 120—125. XV, 1 sqq.; adde XI, 120—128. Nec tamen, cum, si aut sermonem omnem poetae aut usum vocabulorum Graecorum spectamus, nihil reperiri possit, quod a scribendi genere eius sit alienum, viro illi docto assentior. Nam qui Iuvenalis saturas accuratius perlegerit, facile concedet etiam in prioribus inaequalitatem quandam sermonis inveniri, id quod singulare poetae consilium existimandum est (cf. etiam Teuffels Geschichte der römischen Litteratur. Neu bearbeitet von L. Schwabe[5] § 331, p. 816, infra).

Neque raro Iuvenalis instrumento rhetorico usus est, ut eos, qui audirent vel legerent, doceret sive potius, ut doctrina splenderet et copiosum quoddam dicendi genus ostentaret, id quod illis temporibus mos erat, vide VI, 651—661. VII, 229—236. VIII, 127—134; 269 sqq. X, 168—187; 324—328. XIII, 38—52; 92—99; 112—117. XV, 16—31.

Nonnihil interest dicere permultas voces Graecas in

β) poesin

illius aetatis penetravisse et omnibus fere locis talibus nomina propria Graeca plerumque ex fabulis Graecis, ut tum communi in usu erat, deprompta usurpari. Hoc facile liquet, cum consideramus a permultis poetis tum non solum carminum materiam ex fabulis Graecis esse sumptam, cf. I, 1—11; 162 sqq., sed etiam a compluribus, ut a Statio, illas fabulas de industria esse adhibitas, cf. silv. II, 2, 76—96. III, 2, 36—49; 96—121. Atque nominum propriorum Graecorum huius generis plena esse carmina poetarum elatioris orationis quis est, qui neget?

Affero haec exempla: Verg. georg. IV, 334—347. Prop. I, 20, 31—34 (Baehrens.). II, 1, 19—22; 37—40; 59—69. 3, 32—44. 6, 1—6. 8, 29—38. 14, 1—8. 22, 25—34. III, 1, 26—33. 9, 9—17. 12, 25—34. 15, 38—43. 17, 20—36. 22, 1—15. Ovid. amor. III, 12, 15—32. fast. IV, 31—40; 61—79; 172—182; 272—290; 466—483. V, 164—182. trist. I, 9, 27—33. 10, 9—48. II, 383—406. ex Pont. I, 3, 65—80. IV, 10, 47—56. 16, 23—35.

Hoc exemplum etiam Horatium nonnullis saturarum, epistularum, artis poeticae locis secutum esse discimus ex sat. II, 3, 187—204. epist. I, 2, 6—28. 11, 1—7; 7—21. de arte poet. 145—147.

Ambigi igitur potest, utrum Iuvenalis illorum poetarum an Horatii genus dicendi imitatus sit. Quae res quoquo modo sese habet, id pro certo potest affirmari Iuvenali multis saturarum locis alios poetas, quos et imitatur et ludit, ante oculos obversatos esse, velut Iuven. IV, 140 sqq. respondet Hor. sat. II, 4, 32 sq.; Iuven. VI, 437 — Hor. epist. II, 1, 29 sq.; Iuven. VII, 62 meminit Hor. carm. I, 19, 5 sqq.; Iuven. XIII, 43 sq. — Hor. carm. I, 29, 7 sq. De hac re iam satis copiose egerunt Gehlen: De Iuvenale Vergilii imitatore. Diss. Erlang. Gottingae 1886 et P. Schwartz: De Iuvenale Horatii imitatore. Halis Saxonum 1882.

Ad hanc imitationem revertar p. 98 sq.: III. Praeterea Iuvenalis non mediocriter versatus erat in carminibus Lucilii, Catulli, Persii, ex quibus non pauca vocabula Graeca sumpsit et in suum usum convertit.

Nullo autem locorum, quos attuli, praeter Hor. sat. II, 3, 187—204, nomina propria Graeca ex fabulis deprompta per irrisionem aut contemptum versibus admixta sunt, ut aliquot Iuvenalis locis, vide IV, 65; 136. VI, 153; 660. X, 318. XII, 128. XV, 16—23. Talia nomina propria Graeca ab Iuvenale appellativorum loco usurpantur; cf. etiam Streifinger: Der Stil des Satirikers Iuvenalis. Gymn.-Progr. Regensburg 1892, p. 41, b, sq. Hunc usum in litteris Latinis, apud poetas

praecipue, esse non ita rarum docet Friedlaender: S. G. I[6], p. 575.

Item fere, ut de vocabulis Graecis, quae ad poetae studia rhetorica referenda sunt, iudicandum est de vocibus Graecis ad

γ) philosophiam

pertinentibus, quo litterarum Graecarum genere homines vere Romani nunquam delectabantur. Iuvenalis vero aetate haec studia erant iam adeo pervagata, ut non solum ii, qui ea profitebantur, sed omnes fere homines, etiam indocti (II, 4—7), illis operam darent. Ad hanc rem spectant vocabula Graeca p. 68: β, δδ et p. 77, d enumerata.

Addo poetae saturas esse refertas nominibus propriis

δ) geographicis

Graecis, quorum usus saepe eodem fere modo atque vocum Graecarum ex fabulis Graecis haustarum est intellegendus. Compluribus locis Iuvenalis haec nomina usurpavit, ut vel Graeculos vel res externas aliarum nationum irrideret, cf. I, 26. III, 61 sqq.; 69 sq. VI, 83 sq.; 294—297; 544. VIII, 112 sqq. XV, 46.

2. Vocabula Graeca, quae ad Romanorum victum cultumque pertinent.

Quoniam usque ad hunc locum exposuimus, quanta fuerit Graecorum sive Graeculorum apud Romanos illa aetate auctoritas in artibus et doctrinis liberalibus, nunc demonstrandum est Graecorum mores et consuetudines ad victum quoque cultumque Romanorum permultum valuisse. Videbimus enim vocabula Graeca non pauca ab Iuvenale in saturas recipi, ut aculeis pungantur Graeci vel Graeculi, quorum vitae consuetudines erant populo Romano pestiferae.

a) Ad corpus ipsum.

α) Ad eius curationem.

Ac primum quidem commemorandum est permultos morbos nominibus Graecis appellari, quorum loco Latina

icaria substitui non poterant, sed cf. p. 82 sq.: b. Quod st minime mirum, quoniam inter omnes constat artem ıedicorum a Graecis ortam plerumque a medicis Graecis ›omae exercitatam esse. Nequaquam autem potest negari ppellationes morborum Graecas insertas esse iis potissiıum saturarum locis, quibus poeta asperrime in civium ıorum mores invehitur, cf. XIII, 95 sq. XIV, 136; vide iam p. 63, 1, inde a cardiacus. Accedit usus vocum laesus sqq., qui itidem est explicandus. Pari modo comlurium medicorum et unguentariorum, quibus nomina raeca erant, sedulitas non sine aliqua acerbitate breiter attingitur, cf. p. 79: 3, c.

β) Ad cibos.

Deinde apud poetam leguntur nomina nonnullarum estiarum esculentarum, quae ex peregrinis terris, ut x Africa, ad Romanos importatae erant, cf. XI, 138 sqq.: ryx, pygargus; phoenicopterus.

Hae epulae conquisitissimae apparabantur ab iis ominibus, qui diffluebant luxuria et delicate ac molliter ivebant. Huic aetatis mori, quem queritur, Iuvenalis er indignationem opponit victus simplicitatem, qua ipse ı convivio utitur. Praeterea his quoque locis deliatorum ciborum per odium mentio fit: IV, 15; 39; 68; 19; 129; 142; 143. V, 81 sq.: 92; 99; 147. VI, 40; 02; 621. VIII, 85. XI, 37; 49; 121. XIV, 8. Per cerbissimam irrisionem ac contemptum complures cibi ilissimi afferuntur IV, 33. V, 84. VII, 120. XI, 37. XIV, 132. Adde III, 83; 293. VII, 119 sq. XIV, 131, quae ibaria ex peregrinis regionibus, fortasse cum servis, in ırbem illata erant.

b) Ad morum depravationem.

Multis locis Iuvenalis morum corruptelam ac depraationem libidinesque effrenatas et indomitas condemnat. Iam hominum illius aetatis impudicitia latius serpebat, ac ıores in dies magis magisque labebantur et cives ad ıteritum videbantur rapturi. Inducti erant imprimis ex

Asia a Syris (III, 62—66), quae gens cum a Romanis, tum maxime ab hoc poeta contemnebatur (VI, 351. VIII, 159 sq.).

Quam ad morum corruptelam sunt referenda alia omnia vitia, quae erant avaritia, intemperantia, luxuria. Voces Graecae, quae ad has res spectant, apud poetas et comicos et satiricos saepissime inveniuntur: apud poetas elatioris dicendi generis, ut apud Vergilium, eas frustra quaeras. Omnes fere maledice et contumeliose, interdum facete ac ridicule dicuntur, cf. II, 86—112. III, 136. VI, 123; 307 sq.; 511—516. IX, 4; 102. X, 224 et p. 64, β.

c) Ad servos.

Ac ne sordida quidem artificia Romae homines, qui ex Graeciae et Asiae oppidis atque insulis in urbem immigraverant ibique consederant, exercere verebantur. Hinc intellegimus, quid causae fuerit, cur Iuvenalis ad complures servos domesticos significandos vocabulis Graecis usus sit, cf. V, 72. VI, 422; 477. VIII, 32 sqq. IX, 109; adde p. 64, γ.

Atque eorum permulti, quod, quaecumque iis mandata erant, summa cum diligentia erant exsecuti, dominorum benevolentiam meruerant; ab his manumissi ut liberti in urbe versabantur et magnam saepe auctoritatem adepti sunt. Servorum et libertorum nomina vide p. 78 sq.: 3, a et b. Non raro autem illi homines in domus divitum Romanorum se insinuabant, ut cum familiis opulentis familiaritarem contraherent. In animis enim habebant earum opes ac facultates malis artibus, ut falsis testamentis (I, 67—68) et nimia adulatione (III, 100 sqq. 106 sqq.) et importunitate atque impudentia (ibid. 113), arripere et re domestica potiri (III, 69—72).

d) Ad vestimenta et ornamenta.

Praeterea permultis vestimentis, quae ex Graecia Romam invecta erant, nomina Graeca erant indita. Iuvenalis his vocibus Graecis plerumque per irrisionem morum institutionumque Graecorum vel ad populares, qui eorum

onsuetudines adamaverant et imitabantur, perstringendos titur, cf. vocabula p. 64 sq. sub δ enumerata.

Nonnullae voces: cyclas, endromis, xerampelinae, uibus adhibendis Romani, quasi patrii sermonis eos per-ederet, elegantiam quandam morum affectabant, erant sitatae splendidis familiis neque unquam vulgares factae unt.

Atque etiam aliquot ornamentis, quibus Romanos im-eratorum potissimum temporibus usos esse poeta summa um indignatione queritur, nomina Graeca imposita erant, f. ibid. et sat. II, 4—7. III, 217. VIII, 1; 19; 40; 101—104.

e) Ad vasa, receptacula, reliquam supellectilem.

Complurium quoque vasorum, receptaculorum, reliquae upellectilis nomina erant Graecae originis, sed maximam artem poetae aetate iam usu percepta. Attamen iis raecipue saturarum locis intermixta sunt, quibus Iuvenalis rdor animi ac concitatio valde moventur, cf. p. 65: ε et ζ.

f) Ad commercium.

Addendum est multarum rerum appellationes per com-nercium, quo Romani cum aliis gentibus erant coniuncti, Romam pervenisse. Ex his aliae ad poetae indignationem ac contemptum exprimendum sunt usurpatae, ut cerdo et mandra, chirographa et ergastula; aliae, ut nau-um et porthmeus, per festivitatem ac leporem saturis nsertae sunt, cf. p. 65 sq.: η. Neque silentio praetereundae unt plantae peregrinae amomum (IV, 108. VIII, 159) et opobalsamum (II, 41), ex quibus unguenta parabantur. Utraque vox invenitur in illis versibus, in quibus poeta odio luxuriae incensus civibus morum perversitatem obicit.

. Quo consilio Iuvenalis vocabulis Graecis, quae ad rem publicam spectant, in saturis usus sit.

a) Ad rem publicam ipsam.

Iam vero spectemus, quantum Graeci et ceterae gentes lienae, quae tum aut Romae versabantur, aut quibus erat um Romanis commercium, ad rem publicam Romanam

valuerint. Ad eam ipsam referendum est unum vocabulum Aegypto-Graecum alabarches (I, 130), quo poeta per contemptum utitur. Voces Graecae, quae ad rem publicam exterarum gentium pertinent, sunt perpaucae et per summam acerbitatem saturis inseruntur, cf. VIII, 81: Phalaris, X, 162: Bithynus.

b) Ad religionem et deorum cultum.

Aliquanto perniciosiora, quam disciplinae atque artes ex Graecia in urbem illatae hominibus vere Romanis visae erant, religio ac deorum cultus, quae cum Graecis et ceteris nationibus peregrinis Romam erant advecta, rei publicae Romanae statui facta sunt. Ex Graecis enim diis ii imprimis colebantur, quorum cultus effusis in omni intemperantia libidinibus abundabat. Cogitandum est de Priapo (VI, 316) et Cybele (II, 111. XIV, 263), magna deorum matre, quae exeunte tertio a. Chr. n. saeculo ex Asia Romam traducta erat; eius ministri erant sacerdotes Asiani, qui Corybantes (V, 25) appellabantur.

Ac primum quidem iam Horatii (epist. I, 17, 60) aetate Romae admodum frequens fuit

α) deorum Aegyptiorum

cultus. Ex his Iuvenalis mentionem facit Isidis (VI, 529. IX, 22. XII, 28. XIII, 93) [Isiacus (VI, 489)], Osiridis (VI, 541 {cf. p. 23—25}. VIII, 29), Anubidis (VI, 534), quorum venerationi aditus in urbem patefactus erat; hunc cultum cives Romani brevi tam studiose ac diligenter curabant (VI, 526—529), ut diis peregrinis etiam sacra fierent (VI, 541). Diebus festis Isidis deae sacerdotes instrumento musico utebantur, quod sistrum (XIII, 93) nominabatur. Praeterea Aegyptii ab Iuvenale eluduntur, quod insano bestiarum cultu famosi erant, cf. XV, 2 sqq.

Deinde

β) Cotytonis

(II, 92), Thracum deae, cuius comites vocabantur Baptae (II, 92) {p. 29—31}, sacra a poeta irridentur.

Quantopere his omnibus cultibus effrenatis ac furiosis
omanorum mores corrupti depravatique sint,

γ) Bacchanalia

I, 3) ostendunt, quae quarto quoque anno nocturno tem-ore turbulentissime atque intemperantissime agebantur, ut eri non posset, quin de iis iam anno a. Chr. n. centesimo ctogesimo sexto senatus consulto illo de Bacchanalibus acto interdiceretur, Liv. XXXIX, 18, 8. Illi autem dies esti, quamvis omnium temporum magistratus per vim et uppliciis eos coercere ac supprimere studerent, tamen ex-tirpari ac funditus tolli nunquam potuerunt.

Atque etiam religio

δ) Iudaeorum,

ui Romae iam Ciceronis temporibus (Cic. pro Flacco XVIII, 66) magnam potentiam adepti erant, paulatim nge lateque fluebat; et eorum iam Augusti aetate fuisse ropria aedes sacras notum est. Quomodo proseucha uven. III, 296) sit explicanda, exposui p. 25—27. De lorum diebus festis, quibus nomen erat sabbata, vide I, 159 et XIV, 96. Iuvenalis Iudaeos semper per ir-sionem appellat et eorum religionem ac paupertatem, vel otius egestatem ac mendicitatem, acerbissimis verborum uleis pungit III, 13—16 et VI, 542 sq. Non autem cultus lus et consuetudines eorum sunt poetae ludibrio, sed iam artes mulierum Iudaearum (VI, 543), quae aetate m provectae opulentis Romanorum matronis futura sese raedicere posse profitebantur; illa aetate iis vulgo fides abebatur. Simili modo Iuvenalis de somniorum inter-retationibus (VI, 547) et de singulis institutionibus Iu-aeorum (III, 14) [Iudaicus (XIV, 101), Moyses (XIV, 02)] malitiose loquitur; exempli gratia eos deridet atque ontemnit, quod suilla carne aeque abstineant atque hu-iana (XIV, 96—98). Ex Hor. sat. I, 4, 143; 5, 100; , 70 elucet Iudaeos credulos et religiosos atque anxios in acris praeceptis observandis saepe fuisse Romanis cavilla-ioni. Atqui ex primo Horatii loco colligi potest illos iam

tum enixe operam dedisse, ut hos etiam ad suas caerimonias traherent. Iuvenalis vero aetate multi Romani Iudaeorum mores institutaque imitabantur (XIV, 96 sqq.). Minime igitur mirum, si poeta indignatur ac queritur, quoniam cives patriis ritibus sacrificiisque despectis et maiorum legibus, quae fuerant per longum tempus spectatae et probatae, laesis externam odiosae nationis religionem capessunt. Iam Cicero pro Flacco XXVIII, 69 docuerat Iudaeorum religionem a moribus populi Romani discrepare, cum diceret: »Stantibus Hierosolymis pacatisque Iudaeis tamen istorum religio sacrorum a splendore huius imperii, gravitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat.«[1])

Neque minus acriter Iuvenalis insultat in nefarias popularium

ε) superstitiones.

Romani enim, ut erant natura creduli, ad superstitionem, »in qua inest timor inanis deorum« (Cic. de nat. deor. I, 42, 117) propensi, cum, quid esset futurum (XIV, 248), comperiendi cupidissimi essent et libentissime nova praecepta, quae cum servis peregrinis Romam translata erant, arriperent, iis, qui artem futura praedicendi sese nosse profitebantur, summam fidem habebant. Inter omnes constat imperatorum Romanorum aetate Babylonios sive Chaldaeos (VI, 553. X, 94) sive mathematicos (VI, 562. XIV, 248) sive astrologos (VI, 554) apud viros mulieres, divites pauperes, nobiles ignobiles summa auctoritate floruisse. Sed quam periculosi fuerint astrologi cum iam liberae rei publicae, tum imperatorum aetate, vel ex eo intellegitur, quod decretis imperatoriis Roma identidem expulsi sunt. Quanta fuerit eorum industria ac navitas, ex scriptorum Latinorum locis apparet, ut ex Cic. de divin. I, 1, 2: »Chaldaei..... diuturna observatione siderum putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique

[1]) De amore et odio, in quo Graecis et Romanis Iudaei fuerint, cf. Zacheri dissertationem, cui inscribitur „Antisemitismus und Philosemitismus im klassischen Altertum", Preuss. Jahrb. 94, 1. 1898.

eventurum, et quo quisque fato natus esset.« I, 19, 36: »Condemnemus etiam Babylonem et eos, qui e Caucaso caeli signa servantes numeris et modis stellarum cursus persequuntur.« Tac. hist. I, 22, med.: »[Mathematici] genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur.« Cf. etiam Petron. 39; 76, extr. Eodem fere modo iudicandum est de magis (III, 77) [magicus (VI, 610 et XV, 5)], de quibus ex Italia expellendis senatus consulta facta esse Tac. annal. II, 32, extr. tradidit.

Iuvenalis temporibus haec superstitio fuit imprimis vulgaris communisque apud feminas, quae ex sideribus hominum sortem exquiri posse cognitum comprehensumque habebant. Propter hanc rem poeta in sexta potissimum satura mulieres acerbe insectatur (VI, 574; 579 sqq.; 610).

Hac occasione data medicamentorum quoque mentionem faciamus, quae esse efficacia existimabantur ad mala avertenda atque arcenda sive ad voluntatem alicuius reconciliandam et animum irretiendum. Quibus remediis ad amores vel incitandos vel solvendos datis cum non raro mentes turbarentur aut vita in summum periculum ac discrimen vocaretur, poetae irrisio, ira, indignatio improbanda non est. Huc referendae sunt voces hippomanes (VI, 133) et philtra (VI, 611). Plura de hac re lege apud O. Hirschfeld: De incantamentis et devinctionibus amatoriis apud Graecos Romanosque. Regimonti 1863.

II. Nomina Graeca per grande quoddam dicendi genus.

Iam supra demonstravi poetam interdum in doctrina se iactare, cf. p. 88, α, extr. Hoc loco respiciamus nomina Graeca, quae Iuvenalis saturis admiscet, ut granditatem quandam verborum sibi vindicet. Maxime insignes sunt hi versus: IV, 34 sqq.; 37—46. VII, 1—11; 57—65; 71—73. VIII, 215—230. Qui hos locos diligentius perlegerit, facile concedet Iuvenalem, quamquam gravitatem quandam affectat, tamen in his versibus rem in ridiculum vertere. Hoc primo

obtutu apparet locis ex septima satura allatis, quibus grandes voces poeticae et indigna poetarum illius aetatis condicio inter se opponuntur. His rebus inter se contrariis poeta eorum, qui legunt vel audiunt, animos vehementer commovere studet.

1. Tale grande dicendi genus iis potissimum locis animadverti potest, quibus exempla ex fabulis Graecis deprompta sunt, velut VI, 634 sqq. VIII, 215—230. His nominibus Graecis partim geographicis partim mythologicis insertis saturarum color quasi praecipientis et docentis videtur esse.

2. Praeterea haec gravitas plerumque apparet, cum vocabula Graeca ex poesi elatiore in versus recipiuntur, cf. IV, 123. VI, 52. XI, 27. XIII, 80; 205 et p. 70, BB, a et b, α. Adde VII, 52. XII, 101. XV, 29, in quibus ipsis quoque poetae indignantis severitas conspicitur.

3. Accedunt voces Graecae, quibus Iuven. in proverbiis utitur, vide VI, 165; 181. VII, 154. His sententiis adhibitis locorum maiestas per acerbitatem affectata etiam adaugetur.

III. Voces Graecae per parodiam.

Restat, ut nomina Graeca enumerentur, quae Iuvenalis per parodiam aliorum poetarum et Graecorum et Latinorum in saturis usurpat.

1. Nomina appellativa Graeca per parodiam.

a) Homeri.

Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος (IX, 37) {Odyss. XVI, 224 et XIX, 13};

b) Vergilii.

Aula (V, 138) {Aen. IV 328}, contus (II, 150) {ibid. VI, 302}, cumba (II, 151) {ibid. VI, 303}, hydrus (VII, 70) {ibid. VII, 447}, iaspis (V, 42) {ibid. IV, 261}.

2. Nomina propria Graeca per parodiam.

a) Vergilii.

Actor (II, 100) {Aen. XII, 94}, Anchemolus (VII, 235) {ibid. X, 389}, Automedon (I, 61) {ibid. II, 477}, Erinys

(III, 68) {ibid. VII, 447}, Ucalegon (III, 199) {ibid. II, 312}. Corydo (IX, 102 bis) {eclog. II, 1; 56; 65; 69}, Lycisca (VI, 123) {ibid. III, 18}.

b) Ovidii.

Phiale (X, 238) et Psecas (VI, 491; 494) {metam. III, 172}.

B. Quomodo nomina Graeca per saturas disseminata sint.

Ex iis, quae supra explicavi, potest cognosci et percipi Iuvenalem non in omnibus saturis magno vocum Graecarum numero, sed modo satis multis, modo perpaucis usum esse. Quin etiam in omnibus fere saturis exstant loci, quibus per complures versus nullum vocabulum Graecum invenitur; per vicenos aut plus quam vicenos deinceps versus nulla vox Graeca legitur: II, 116—140. III, 145—172; 179—198; 297—322. VI, 200—235. IX, 66—100; 110—129. X, 188—210; 335—354. XI, 74—93. XIII, 1—24; 53—78; 209—245. XIV, 47—88; 163—185; 215—239. XV, 86—106; 130—157.

In posterioribus igitur saturis inde a nona talium locorum et versuum numerus est multo maior quam in prioribus. Nam vidimus vocabulis Graecis quasi redundare imprimis eos locos, quibus poetae indignatio per omnes fere saturas manifesta praecipue patet in promptuque est. Quod quidem cum in multis tum maxime in iis saturis idque illis potissimum locis statui potest, quibus poeta in Graeculos invehitur aut vitia popularium mores institutaque Graeca imitantium perstringit, ut satt. III et VI, aut tristes illius aetatis hominum doctorum et litteratorum condicionem describit (sat. VII).

In posterioribus autem saturis inde a nona animi tumor poetae, qui aetate iam longius erat provectus, cum has saturas scriberet, resederat et animi moderationi atque aequitati cesserat. Nimirum interdum, ut XI, 138 sqq., XIII, 93 sqq., XV, 2 sqq. pristina poetae acerbitas atque

irrisio excitatur; sed locis longe plurimis sola nomina Graeca vel ex geographia vel ex historia vel ex fabulis Graecis nota leguntur.

Quodsi nominum appellativorum Graecorum numerum comparamus cum nominum propriorum Graecorum, animadvertimus reperiri in prioribus saturis (I—VII) plura nomina appellativa Graeca — 334 nom. appell. Graeca, 297 nom. propr. Graeca —, in posterioribus (VIII—XVI) plura nomina propria Graeca — 264 nom. appell. Graeca, 299 nom. propr. Graeca —, cf. tabulam p. 103.

C. De vocibus Graecis, quae in litteris Graecis non leguntur.

Nonnihil interest pauca addere, quae ad vocabula Graeca ab Iuvenale usurpata in universum spectant. Qui in omnium nominum appellativorum Graecorum historiam, ut ita dicam, inquisiverit, eum non fugerit nonnullas voces Graecas, cf. p. 34 adn., ante Iuvenalis aetatem in litteris Graecis non inveniri. Quae res cum ita se habeat, Heinrich ad Iuven. II, p. 371 ad vers. 109 magnum vocabulorum Graecorum, quae in litteris Graecis desunt, numerum, ut cyclas (VI, 259), xerampelinae (VI, 519), alia a Romanis formata esse dicere non dubitavit. Quod prorsus improbandum, immo putandum est plurima eiusmodi vocabula Graeca ex usu cotidiano Graecorum magnam Graeciam incolentium, quibuscum erat Romanis commercium et consuetudo, in linguam Latinam translata esse eamque ob causam solam in litteris Graecis desiderari, quod litterae Graecae illius aetatis, qua Romani permulta vocabula a Graecis deprompserunt, nunc perierunt. Perpaucae voces Graecae a scriptoribus Latinis ad exemplum Graecarum videntur formatae esse, cf. p. 36—39.

). Nonnulla de terminationum Graecarum usu.

Omnia Iuvenalis nomina Graeca et appellativa et propria Graecis syllabis ultimis instructa litterarum ordine enumerabuntur p. 243 sqq.: Cap. III, C, I, a et b.

Atque discernendae sunt terminationes Graecae

I. sermone Latino tritae

et

II. certis de causis

n saturas receptae.

I. Ad prius genus pertinent

a) et eae omnes, praeter quas vere Latinae desunt – sunt enim -an, -yx; -ys; -a, -es, -ma; -oe —

b) et 76 earum, pro quibus Latinae substitui ›ossunt.

Quo genere, cum ei in litteris Latinis iam pridem ci'itas data sit, quid mirum, si Iuvenalis quoque utitur?

II. Ad posterius autem genus referendae sunt, id est, :**onsulto usurpantur 52 flexiones Graecae**, quarum loco vere ˌatinae exstant. Sunt enim magni momenti non modo

a) ad versuum rationem,

sed

b) ad totum huius poëtae sermonem.

a) Ac primum quidem Iuvenalis, ut alii poetae sive su)eriores sive aequales, aliquot terminationes Graecas

metri causa

'etinuisse putandus est, quippe cum inter omnes constet :arum compluribus versus et fieri faciliores ac liquidiores :t externo quodam colore elegantiores effici.

b) Deinde poeta nonnullis locis, quibus Graecae illae formae versuum necessitate non postulantur, videtur le industria Graecissare. Nominum enim appellativorum Graecorum accusativos sing., qui syllabis -in :t -on terminantur, nominum propriorum Graecorum

nominativos et genetivos singularis in -os, accusativos in -an, -en (III. declin.), -on cadentes colorem Graecum resipere nemo non intellegit. Cf. Cap. III: C, II, c.

Hic autem terminationum Graecarum usus cum a multis poetis tum ab Ovidio praecipue, velut metam. V, 79. VI, 113; 615; 658. XIV, 252 (cf. I. Favre l. l. p. 34) more receptus postea a Statio, Iuvenalis aequali, permultis carminum locis observatur, cf. Theb. I, 120. II, 322; 384; 634. V, 182; 185. VI, 827. VIII, 50; 51. X, 250, alibi. silv. II, 1, 113; 7, 99, alibi. Rarior quam apud Iuvenalem est apud Persium atque etiam multo rarior apud Horatium in saturis et epistulis, qui usus infra Cap. III: C, II, a et b numeris illustratus cum Iuvenaliano Cap. III: C, III, b conferetur.

Cap. III.

A. Pars prima:

vocum Graecarum apud Iuvenalem numeris et rationibus.

[ominum Graecorum et appellativorum et pro-
)riorum in singulis Iuvenalis saturis numeri
et rationes.

t.	vers. num.	nominum Graecorum numeri			in centenis igitur versibus insunt		
		appell.	propr.	et appell. et propr.	appell. Gr.	propr. Gr.	et appell. et propr. Gr.
:VI	3837	598	596	1194	15,6	15,5	31,1
/II	1894	334	297	631	17,6	15,7	33,3
XVI	1943	264	299	563	13,6	15,4	29
	171	22	25	47	12,9	14,6	27,5
	170	26	33	59	15,3	19,4	34,7
[	322	47	47	94	14,6	14,6	29,2
	154	28	14	42	18,2	9,1	27,3
	173	32	21	53	18,5	12,1	30,6
	661	122	107	229	18,5	16,2	34,6
I	243	57	50	107	23,5	20,6	44
:I	275	45	60	105	16,4	21,8	38,2
	150	11	12	23	7,3	8	15,3
	366	49	59	108	13,4	16,1	29,5
	208	30	28	58	14,4	13,5	27,9
I	130	24	14	38	18,5	10,8	29,2
I	249	38	36	74	15,3	14,5	29,7
V	331	40	44	84	12,1	13,3	25,4
r	274	22	43	65	12,6	24,7	37,4
I	60	5	3	8	8,3	5	13,3

Vocabulis Graecis ad centenos versus relatis eam saturam, in per centenos versus plurima sunt disseminata, primo loco pos ceterae hoc ordine sequuntur:

Sat.	nom. app. Graec. proportio	Sat.	nom. propr. Graec. prop.	Sat.	nom. Gr. et ap et proprioru proportio
VII	23,5	XV	24,7	VII	44
V	18,5	VIII	21,8	VIII	38,2
XII	18,5	VII	20,6	XV	37,4
VI	18,5	II	19,4	II	34,7
IV	18,2	VI	16,2	VI	34,6
VIII	16,4	X	16,1	V	30,6
II	15,3	I	14,6	XIII	29,7
XIII	15,3	III	14,6	X	29,5
III	14,6	XIII	14,5	XII	29,2
XI	14,4	XI	13,5	III	29,2
X	13,4	XIV	13,3	XI	27,9
I	12,9	V	12,1	I	27,5
XII	12,6	XII	10,8	IV	27,3
XIV	12,1	IV	9,1	XIV	25,4
XVI	8,3	IX	8	IX	15,3
IX	7,3	XVI	5	XVI	13,3

b) Nomina appellativa Graeca — sunt autem 598 per 3837 versus disseminata Iuvenalis sumpsit

e sermone cotidiano			ex litteris sive Graecis sive Latinis			ipse formav		
omnino	in centenis igitur		omnino	in centenis igitur		omnino	in centei igitur	
	vers.	nominibus app. Gr.		vers.	nominibus app. Gr.		vers.	nomi app.
568	14,8	95	28	0,7	4,7	2	0,05	0,

Ex 3 enuntiatis Graecis deprompta sunt 2 e mone cotidiano, 1 ex litteris.

Nomina appellativa Graeca ab Iuvenale in saturis usurpata,

praeter quae voces vere Lat. exstant			3837 vers., 598 nom. app. Gr.	praeter quae voces vere Lat. desunt		
nom. app. Gr. num.	in centenis igitur versibus	in centenis igitur nom. app. Graecis		nom. app. Gr. num.	in centenis igitur versibus	in centenis igitur nom. app. Graecis
155	4	25,9	omnino in litteris Latinis	443	11,5	74,1
89	2,3	14,9	apud Iuvenalem ipsum	509	13,5	85,1
66	1,7	11	ap. alios scriptores Latinos	532	13,9	89

Praeter nonnulla horum nominum appellativorum Graecorum in litteris Latinis nullo fere significationis discrimine inveniuntur voces vere Latinae, quibus Iuvenalis notionem longe aliam, ac Graecae apud eum habent, in saturis indit:

Nominum appell. Graec. num.	in centenis igitur vers.	in centenis igitur nom. app. Graec.
9	0,2	1,5.

B. Pars altera:

Iuvenalis sermo comparatur cum aliorum scriptorum Latinorum.

I. Compluribus nominibus appellativis Graecis Iuvenalis in litteris Latinis utitur

1. solus

a) ex omnibus scriptoribus Latinis,
cf. nomina appellativa p. 17—39.

b) ex poetis Latinis:

Acoenonoetus, alabarches, aliptes, aloe, balneolum, cacoethes, conchylia [de vestimentis], crambe, cylindri [de lapidibus pretiosis],

Vocabulis Graecis ad centenos versus relatis eam saturam, in per centenos versus plurima sunt disseminata, primo loco posi ceterae hoc ordine sequuntur:

Sat.	nom. app. Graec. proportio	Sat.	nom. propr. Graec. prop.	Sat.	nom. Gr. et apı et propriorun proportio
VII	23,5	XV	24,7	VII	44
V	18,5	VIII	21,8	VIII	38,2
XII	18,5	VII	20,6	XV	37,4
VI	18,5	II	19,4	II	34,7
IV	18,2	VI	16,2	VI	34,6
VIII	16,4	X	16,1	V	30,6
II	15,3	I	14,6	XIII	29,7
XIII	15,3	III	14,6	X	29,5
III	14,6	XIII	14,5	XII	29,2
XI	14,4	XI	13,5	III	29,2
X	13,4	XIV	13,3	XI	27,9
I	12,9	V	12,1	I	27,5
XII	12,6	XII	10,8	IV	27,3
XIV	12,1	IV	9,1	XIV	25,4
XVI	8,3	IX	8	IX	15,3
IX	7,3	XVI	5	XVI	13,3

b) Nomina appellativa Graeca — sunt autem 598 per 3837 versus disseminata - Iuvenalis sumpsit

e sermone cotidiano			ex litteris sive Graecis sive Latinis			ipse formavi		
omnino	in centenis igitur		omnino	in centenis igitur		omnino	in centen: igitur	
	vers.	nominibus app. Gr.		vers.	nominibus app. Gr.		vers.	nomin app.
568	14,8	95	28	0,7	4,7	2	0,05	0,3

Ex 3 enuntiatis Graecis deprompta sunt 2 e s mone cotidiano, 1 ex litteris.

Nomina appellativa Graeca ab Iuvenale in saturis usurpata,

praeter quae voces vere Lat. exstant			3837 vers., 598 nom. app. Gr.	praeter quae voces vere Lat. desunt		
nom. app. Gr. num.	in centenis igitur			nom. app. Gr. num.	in centenis igitur	
	versibus	nom. app. Graecis			versibus	nom. app. Graecis
155	4	25,9	omnino in litteris Latinis	443	11,5	74,1
89	2,3	14,9	apud Iuvenalem ipsum	509	13,5	85,1
66	1,7	11	ap. alios scriptores Latinos	532	13,9	89

Praeter nonnulla horum nominum appellativorum Graecorum in litteris Latinis nullo fere significationis discrimine inveniuntur voces vere Latinae, quibus Iuvenalis notionem longe aliam, ac Graecae apud eum habent, in saturis indit:

Nominum appell. Graec. num.	in centenis igitur vers.	in centenis igitur nom. app. Graec.
9	0,2	1,5.

B. Pars altera:

Iuvenalis sermo comparatur cum aliorum scriptorum Latinorum.

I. Compluribus nominibus appellativis Graecis Iuvenalis in litteris Latinis utitur

1. solus

a) ex omnibus scriptoribus Latinis,
cf. nomina appellativa p. 17—39.

b) ex poetis Latinis:

Acoenonoetus, alabarches, aliptes, aloe, balneolum, cacoethes, conchylia [de vestimentis], crambe, cylindri [de lapidibus pretiosis],

elenchi, genesis, geometres, gypsum, herma, ictericus, math maticus, papyrus (IV, 24), phoenicopterus, podium, prooemi pygargus, pytisma, siparium.

c) per translationem:

Acersecomes, antrum (IV, 21), archetypus, aulaea (X, 3! bacchor [carmen], cacoethes, canna, crambe, gypsum, mas (VI, 421), orchestra (III, 178), pardus (XI, 123), priapus, pr oemia, rhinoceros, sipho.

2. primus

a) ex omnibus scriptoribus Latinis,
cf. voces p. 39, b—51;

b) ex poetis Latinis:

Abacus [de pretiosa mensa], chirographa, historicus [subs incero, sarcophagus;

c) per translationem:

Ephemeris, herma, incero, sarcophagus [subst.], spira.

Nomina appellativa Graeca

communia			Iuvenali	non communia		
omnino	in centenis igitur		in 3837 versibus, 598 nom. app. Graec.	omnino	in centenis igitur	
	versibus	nom. app. Graec.			versibus	nom. app. Graec.
585	15,2	97,8	cum aliis scriptoribus Latinis	13	0,3	2,2
571	14,9	95,5	cum poetis Latinis	27	0,7	4,5
591	15,4	98,8	cum aliis scriptoribus Latinis antea	7	0,2	1,2
592	15,4	99	cum poetis Latinis antea	6	0,2	1

Nominibus appellativis Graecis Iuvenalis in litteris Latinis utitur

omnino	in centenis igitur		per translationem		omnino	in centenis igitur	
	versibus	nom. app. Graec.	solus	primus		versibus	nom. app. Graec.
16	0,4	2,7			5	0,1	0,8

Ex 3 enuntiatis Graecis Iuvenali cum aliis scriptoribus Latinis commune est 1, 2 non sunt communia.

II. Iuvenalis sermo cum Horatii in saturis et epistulis et Persii comparatur.

1. Nominum Graec. et app. et propr. ap. Horat. in sat. et epist., Pers., Iuven. conspectus.

a) Nomina appellativa Graeca.

Nomina Graeca	Horat.		Pers.	Iuven.
	sat.	epist.		
Abacus . . .	.	.	I, 131	III, 204
abolla	.	.	.	III, 115. IV, 76
abrotonum . .	.	II, 1, 114	.	.
acersecomes . .	.	.	.	VIII, 128
acipenser . . .	II, 2, 47	.	.	.
acoenonoetus .	.	.	.	VII, 218
aconita . . .	.	.	.	I, 158. VI, 639. VIII, 219. X, 25
adamans . . .	.	.	.	VI, 156
adytum . . .	.	.	.	XIII, 205
aenigmata . .	.	.	.	VIII, 50
aer	II, 2, 13	II, 1, 244	.	VI, 99; 306. X, 50. XII, 42. XIII, 169
alabarches . .	.	.	.	I, 130
aliptes	.	.	.	III, 76. VI, 422
aloe	.	.	.	VI, 181
alpha	.	.	.	XIV, 209

Nomina Graeca	Horat. sat.	Horat. epist.	Pers.	Iuven.
amethystina .	.	.	.	VII, 136
amomum. . .	.	.	III, 104	IV, 108. VIII, 1
anabathra . .	.	.	.	VII, 46
antitheta . . .	.	.	I, 86	.
antrum . . .	.	.	.	I, 8. IV, 21. VI, 3 VII, 59. XIII,
aplustre . . .	.	.	.	X, 136
apotheca . . .	II, 5, 7	.	.	.
archetypus . .	.	.	.	II, 7
archimagirus .	.	.	.	IX, 109
aretalogus . .	.	.	.	XV, 16
argilla	.	II, 2, 8	.	IV, 134
artocreas . . .	.	.	VI, 50	.
artopta . . .	.	.	.	V, 72
asparagus . .	.	.	.	V, 82. XI, 6
astrologus . .	.	.	.	VI, 554
astrum . . .	II, 7, 29	II, 2, 187	V, 51	III, 43. VI, 57 586. X, 313
asylum . . .	.	.	.	VIII, 273
athletae . . .	.	II, 1, 95	.	VI, 356
aula	.	I, 1, 87. 2, 66	.	IV, 93. V, 13 VI, 486
aulaea	II, 8, 54; 71	II, 1, 189	.	VI, 67. X, 39 XIV, 263
aura	I, 4, 19. II, 2, 79. 4, 52. 5, 93	I, 10, 15. 11, 18. 18, 88	.	XII, 66.
Bacchor . . .	.	.	.	VI, 636
ballaena . . .	.	.	.	X, 14
balnea	.	I, 1, 92. 11, 13. 14, 15	V, 126	I, 143. VI, 375; 41 VII, 131; 178; 23 XI, 156; 204.
balneolum . .	.	.	.	VII, 4
barathrum . .	II, 3, 166	I, 15, 31	.	.
barbarus . . .	.	II, 1, 253	.	III, 66. VI, 158. 138; 181. XV, 4
barbaria . . .	.	I, 2, 7	.	.
berullus . . .	.	.	.	V, 38
beta	.	.	.	XIV, 209
blaesus . . .	.	.	.	XV, 48

nina Graeca	Horat.		Pers.	Iuven.
	sat.	epist.		
·tus	.	.	.	V, 147. VI, 621. XIV, 8
ıbus	.	.	I, 99	.
ıbycinus . .	.	.	.	VI, 260
·chia . . .	I, 2, 92. 9, 64	.	.	II, 11. IV, 89. VI, 421. XII, 76. XIII, 45. XV, 170
›us	.	.	.	VII, 120
us	.	.	III, 51 [turbo]	XIV, 194 [pecten].
ɔ	I, 8, 38	.	.	.
›ethes . . .	.	.	.	VII, 52
ıs	II, 3, 116	II, 2, 163	.	.
mus . . .	II, 3, 7	II, 1, 113	III, 12; 19	VII, 27. XIII, 80
thus . . .	.	.	.	II, 54
elus . . .	.	II, 1, 195	V, 136	.
inus . . .	I, 5, 81. II, 3, 321	I, 11, 19	V, 10	X, 61. XIV, 118
marus . .	.	.	.	V, 84
stra . . .	II, 6, 105	.	.	V, 74
ıa	.	.	.	V, 89
nabis . . .	.	.	V, 146	.
tharus . .	.	I, 5, 23	.	III, 205
thus . . .	.	.	V, 71	.
liacus . .	II, 3, 161	.	.	V, 32
a	.	.	II, 64. VI, 36	.
·or	.	.	.	XII, 34
·oreum . .	.	.	V, 135	.
ısta . . .	.	.	VI, 77	.
ıedra . . .	I, 10, 91	.	.	I, 65. VI, 91. VII, 47; 203. IX, 52
rus	.	.	I, 42	.
ı	II, 5, 54	I, 6, 62	.	I, 63. IV, 19. VII, 238. VIII, 19. IX, 149. XII, 88. XIV, 29; 191
ıus	I, 8, 30; 32; 43	II, 1, 265	.	.
ısus . . .	.	.	VI, 36	.
·opithecus .	.	.	.	XV, 4

Nomina Graeca	Horat.		Pers.	Iuven.
	sat.	epist.		
cerdo	.	.	IV, 51	IV, 153. VIII, 18
ceroma . . .	.	.	.	VI, 246
ceromaticus. .	.	.	.	III, 68
cetaria. . . .	II, 5, 44	.	.	.
chaere. . . .	.	.	prol. 8	.
charta. . . .	I, 4, 36; 101; 139. 5, 104. 10, 4	I, 13, 6. II, 1, 35; 113; 161; 270	III, 11. V, 62	I, 18. XIII, 11
cheragra . . .	II, 7, 15	I, 1, 31	V, 58	.
chirographum .	.	.	.	XIII, 137. XVI, 4
chironomon . .	.	.	.	V, 121
chironomos . .	.	.	.	VI, 63
chlamys . . .	.	I, 6, 40; 44. 17, 31	VI, 46	VIII, 101
choraules. . .	.	.	.	VI, 77
chordae . . .	I, 3, 8	.	VI, 2	III, 63. VI, 38 XV, 5
chorus. . . .	.	II, 1, 134. 2, 77	.	VI, 512. XI, 16
cinaedus . . .	.	.	.	II, 10. IV, 106 XIV, 30
cinnamum . .	.	.	VI, 35	.
cista	.	I, 17, 54	.	III, 206. VI, 44 VII, 11
cithara . . .	II, 3, 104; 105	I, 2, 31; 53	.	VI, 391. VIII, 2
citharoedus . .	.	.	.	VI, 76. VII, 21 VIII, 198. X, 21
citreus . . .	.	.	I, 53	.
coccum . . .	II, 6, 102	.	.	.
coccinus . . .	.	.	.	III, 283
coclea	II, 4, 59	.	.	.
colaphus . . .	.	.	.	IX, 5
collyria . . .	I, 5, 30	.	.	VI, 579
colossus . . .	.	.	.	VIII, 230
colyphia . . .	.	.	.	II, 53
coma	.	II, 1, 110	.	II, 15; 96. VI, 49 IX, 13. XI, 189
cometes . . .	.	.	.	VI, 407
comicus . . .	II, 5, 91	.	.	.
comoeda [adi.].	.	.	.	III, 100

...ina Graeca	Horat.		Pers.	Iuven.
	sat.	epist.		
...edia . . .	I, 4, 2; 45. 10, 16	II, 1, 169	.	V, 157
...edus . .	.	.	.	III, 94. VI, 73; 396
...ha. . . .	I, 3, 14. II, 4, 28	.	II, 66	VI, 304; 419
...his . . .	.	.	.	III, 293. XIV, 131
...hylia . . .	II, 2, 74. 4, 30. 8, 27 [ostreae]	.	.	III, 81. VIII, 101 [vestimenta]
...peum . .	.	.	.	VI, 80
...us	.	.	.	II, 150. X, 20
...inus . . .	.	.	.	III, 14. VI, 542
...mbi . . .	.	.	I, 101	VI, 52
...ietae . . .	.	.	.	VI, 477
...urnus . .	I, 5, 64	.	.	VI, 506; 634. VII, 72. XV, 29
...ma . . .	.	.	.	III, 83
...ibe . . .	.	.	.	VII, 154
...r sive cra-ra . . .	II, 4, 80	.	II, 52	II, 87. XII, 44
...da . . .	I, 3, 127	.	I, 127	.
...do . . .	.	.	.	V, 8
...us . . .	.	II, 1, 51	.	.
...dilus . .	.	.	.	XV, 2
...is	II, 4, 68	II, 1, 79	.	VII, 208
...us . . .	.	.	.	VII, 23
...a	.	.	.	V, 106
...allina . .	.	.	.	VI, 155
...a	.	.	.	II, 151. IV, 45. XII, 80
...num . . .	.	I, 19, 18	V, 55	.
...us . . .	I, 1, 55. 6, 117	.	.	V, 32. IX, 47. XIII, 44
...s	.	.	.	VI, 259
...is	.	.	.	VI, 165
...drus . . .	.	.	.	II, 61
...ala . . .	.	.	.	IX, 62
...us . . .	.	I, 17, 18	I, 133	XIII, 121; 122. XIV, 309.
...in s. del-inus . . .	.	.	I, 94	VI, 590. X, 14
...gis . . .	I. 2, 93	.	.	.

Nomina Graeca	Horat. sat.	Horat. epist.	Pers.	Iuven.
diadema . . .	.	.	.	VIII, 259. XIII 39; 105
discus	II, 2, 13 bis	.	.	.
dogma. . . .	.	.	.	XIII, 121
drachma . . .	II, 7, 43.	.	.	.
Echinus . . .	I, 6, 117. II, 4, 33. 8, 52	I, 15, 23	.	IV, 143
echo	.	.	I, 102	.
eia	I, 1, 18. II, 6, 23	.	V, 132	.
electrum . . .	.	.	.	XIV, 307
elegi	.	II, 2, 91	.	I, 4
elegidia . . .	.	.	I, 51	.
elenchi . . .	.	.	.	VI, 459
elephas s. elephantus . .	.	II, 1, 196	.	X, 150. XII, 10
elleborus . . .	II, 3, 82	II, 2, 137	III, 63. V, 100	.
endromis . . .	.	.	.	III, 103. VI, 2
enthymema . .	.	.	.	VI, 450
ephebus . . .	.	II, 1, 171	.	II, 164. X, 30
ephemeris . .	.	.	.	VI, 574
ephippia . . .	.	I, 14, 43	.	.
epimenia . . .	.	.	.	VII, 120
epistula' . . .	.	II, 2, 22	.	IV, 149. X, 71. XVI
epos	I, 10, 43	.	.	.
ergastula. . .	.	.	.	VI, 151. VIII, 18 XIV, 24
euge	.	.	I, 49; 75; 111. V, 167	.
euhoe	.	.	.	VII, 62
eunuchus. . .	.	.	.	VI, 366; 378. XII, 3
eurus	.	.	.	X, 180. XI, 119 XII, 63. XIV, 18
exodium . . .	.	.	.	III, 175. VI, 71
Garum . . .	II, 8, 46	.	.	.
gausapes s. -e.	II, 8, 11	.	IV, 37	.

ɩina Graeca	Horat.		Pers.	Iuven.
	sat.	epist.		
ausapum .	.	.	VI, 46	.
ısis . . .	.	.	.	VI, 579. XIV, 248
netres . .	.	.	.	III, 76
o	.	.	.	XI, 37
ɑmaticus .	[I, 10, 8]	I, 19, 40	.	III, 76. VI, 438. VII, 216
nasium . .	.	.	.	III, 115
ıum . . .	.	.	.	II, 4
ıs	II, 6, 26.	.	.	.
ɔnus . . .	.	.	V, 135	.
tombe . .	.	.	.	XII, 101
na . . .	.	.	I, 130	.
ıa	.	.	.	VIII, 53
;	II, 2, 93. 3, 193	.	I, 69	.
is	.	I, 18, 89. II, 2, 193	.	XI, 178. XII, 65. XIII, 52. XV, 41
ɔmanes . .	.	.	.	VI, 133
ria . . .	I, 3, 89	.	.	II, 103. VI, 450. VII,98;231. X,175
ricus . .	.	.	.	VII, 104
. . . .	I, 1, 7. 4, 9; 15. 5, 14; 23. II, 6, 44; 47; 61.7,10;112	I,1,82. 2,41. 4, 14. 7, 47. 11,22. 16,16. 17,6. 18,110. II, 1, 189. 2, 172	V,48;153	VI, 183; 577; 581. VII, 222. X,76;216. XI, 205. XVI, 4
scopus . .	.	.	VI, 18	.
ːinthinus .	.	.	I, 32	.
:a	.	II, 1, 10	.	.
:i	.	.	.	VII, 70
ːopicus . .	.	I, 2, 34.	.	.
bi	.	I, 19, 23. II, 2, 59	.	.
is	.	.	.	V, 42
. . . . .	.	.	.	XV, 3
ːicus . . .	.	.	.	VI, 565
ro	.	.	.	X, 55
. . . . .	I, 3, 7.	.	.	.

Nomina Graeca	Horat.		Pers.	Iuven.
	sat.	epist.		
Labyrinthus .	.	.	.	I, 53
laena	.	.	I, 32	III, 283. V, 1 VII, 73
laganum . . .	I, 6, 115	.	.	.
lagoena s. lagona	II, 8, 41; 81	II, 2, 134	III, 92. VI, 17	V, 29. VII, 1: VIII, 162. XII, XIV, 271
lagois	II, 2, 22	.	.	.
lampas . . .	.	.	VI, 61	III, 285. VI, 1
lanterna . . .	.	.	.	V, 88
lapathum . .	II, 4, 29	.	.	.
lasanum . . .	I, 6, 109	.	.	.
latro	I, 3, 106. 4, 67; 69. II, 1, 42	I, 2, 32	.	X, 22. XIII, 1
leo	II, 3, 186	I, 1, 73. 10, 16	.	VII, 76. VIII, XIV, 247. XV, 1 161
lethargus. . .	II, 3, 145	.	.	.
lethargicus . .	II, 3, 30	.	.	.
lynx	.	.	I, 101	.
lyra.	.	II, 2, 86	VI, 2.	.
Macellum . .	II, 3, 229. 4, 76	I, 15, 31	.	V, 95. VI, 4(XI, 10; 64
machina . . .	.	II, 2, 73	.	.
maena	.	.	III, 76	.
maenas . . .	.	.	I, 101; 105	VI, 317
magus	.	II, 1, 213	.	III, 77
magicus . . .	.	II, 2, 208	.	VI, 610. XV,
mandra . . .	.	.	.	III, 237
marmor . . .	.	I, 6, 17. II, 1, 96. 2, 180	.	I, 12. III, 20; 2(215. VI, 430. IX. 1 XIV, 90; 95
